Sacrorum Rituum
CONGREGATIONE

Eminentissimo, & Reuerendissimo D. Card.

FABRONO

Limana

CANONIZATIONIS

B. FRANCISCI
SOLANI

Ordinis Minorum S. Francisci
de Obseruantia.

POSITIO

SVPER DVBIO

An constet de reuelantia eorum, quæ superuenerunt post indultam dicto Beato Venerationem in casu, & ad effectum de quo agitur.

ROMÆ, Typis Reu. Cameræ Apostolicæ MDCCXXIV.
Superiorum permissu.

INDEX

Contentorum in Positione.

PRIMVM MIRACVLVM

Sanationis à Cancro.

SECVNDVM MIRACVLVM

Liberationis Ciuitatis Montiliæ à Peste.

Sum-

TERTIVM MIRACVLVM

Instantaneæ sanationis Franciscæ Victoriæ à Febri pestilenti, & Bubonibus &c.

VERA EFFIGIES B. FRANCISCI SOLANI INDIARVM APOSTOLI

Franciscum, hic video geminum cum prole parentem fert spem nati carta, sed ille Patris

Stephanus Spergioni inu et del — *Gaspar Massi Sculp*

Limana
CANONIZATIONIS
B. FRANCISCI
SOLANI

Sacerdotis, & Religiosi Professi Ordinis Minorum Sancti Francisci de Obseruantia.

Restrictus Facti, & Iuris
SVPER DVBIO,

An, & de quibus Miraculis constet post indultam dicto Beato Venerationem superuentis, in casu, & ad effectum, de quo agitur.

Beatissime Pater.

ROPOSITA huiusmodi Causa in hac Sacra Congregatione coram S.M.Clemente XI.constituta die 12. Aprilis anni 1712., discussisque Miraculis, intercessione supradicti Beati Francisci Solani ab Altissimo editis, post illius Beatificationem, nulla prodiit resolutio. Et quamuis idem Pontifex Primum saltem ex ijsdem Miraculis duxerit approbandum, sed Decretum desuper expediendum edere distulerit; morte tandem abreptus negocium huiusmodi imperfectum reliquit. Quamobrem concessa nuper ad supplices Postulatoris instantias, per Sanctitatem Vestram ea, qua pollet benignitate noua audientia, cum facultate eadem Miracula nouo iterum examini subijciendi, vt ex supplici Postulatoris Libello, & ex Rescripto desuper edito constat *Summario præsenti Num. primo*. Propterea in ipsamet Sacra Congregatione Generali coram eadem Sanctitate Vestra proponitur in præsens præinsertum Dubium aliàs propositum. nunc iterum

cum R. P. Fidei Promotore concordatum, & ab Eminentissimo Domino Cardinali Fabrono moderno eiusdem Causæ Ponente subscriptum : *An, & de quibus Miraculis constet post indultam dicto Beato Venerationem superuentis, in casu, & ad effectum, de quo agitur*.

Verùm quia à tempore impressionis Scripturarum, & Positionis huius Causæ ab anno scilicet 1701. omnia ferè illius exemplaria consumpta fuerunt, atque ea, quæ Postulatores, plurimis adhibitis diligentiis, reperire potuerunt, minimè satis essent, vt distribui possent tum RR. PP. in Consultores hoc medio tempore electis, tùm etiam pluribus Eminentissimis Patribus in eiusdem Sac. Congregationis cætum nouiter cooptatis; necesse omninò fuit nouam typis edere Positionem, congestis in ea ob maiorem facilitatem cæteris omnibus scripturis, alias in pluribus libellis separatim impressis; nonnullis videlicet difficultatibus in Congregationibus Antepræparatorijs, & Præparatorijs excitatis, cum Animaduersionibus per R. P. Fidei Promotorem desuper editis, & Responsionibus per Postulatores ad eas traditis, necnon Medicorum consultationibus sub vnoquoque Miraculo, adeo vt nil penitùs in præsenti Positione desideretur ex ijs, quæ in præfatis libellis impressa reperiuntur.

Et quoniam in præterita Positione septem specialiter deducta fuerant Miracula; nunc & in præsenti ad minorem numerum ea duximus reducenda, ne forsan nimis Sacra hæc Congregatio defatigetur, & Sanctitas Vestra minori, quo fieri potest, tædio afficiatur; Ideoque tria tantùm ex ijs proponimus examinanda: Firmissimè fore sperantes, vt ab eadem Sacra Congregatione, atque infallibili S. V. Judicio, saltem duo, quot ad Canonizationem sufficiunt, approbentur, prout humillimè supplicamus.

Agitur quippè de Beato, qui cum de Sancta Dei Ecclesia optimè meritus existat, rectè admodum vniuersæ Ecclesiæ proponendus videtur in exemplum Virtutis, atque vti Sanctus ab omnibus venerandus.

Iste enim multiplicum Virtutum donis, aliisque Charismatibus insignitus, primus fere omnium in Indias Occidentales Euangelii lumen intulit, ac Peruanas Prouincias peragrando, Fidei semina longè, latèque diffundens, copiosam in horreis Domini messem congregauit; nullis namque parcens laboribus, innumeros penè Populos Infidelium, indicibili zelo, feruentissimæque Charitatis ardore, atque Euangelicæ Prædicationis Virtute, ad Christi fidem conuertit. Et quod mirandum inter cætera quidem est, vna tantum die, vna solùm concione, in Ciuitate de la Rioxa Thecumanæ Prouinciæ habita, nouem ferocissimorum Indorum millia, contra Christianos ibi existentes armata manu irruentium, ad Ecclesiæ sinum perduxit, & Sacro Baptismi rore lustrauit; cunctis altè stupentibus, quod ipse Hispanico sermone concionando, ab ijsdem Barbaris variarum linguarum Populis intelligeretur, itaut quilibet ex audientibus, cum sono vocis, verborum etiam sensum comprehenderet, ac si proprio eorum idiomate loqueretur, vt probatum fuit in Positione super Miraculis pro Beatificatione *Miracul.* 4. *pag.*4.5. *&* 6., *& pag.*16., *&* 17. Id quod de Apostolis habetur *Act.* 2., & de Sanctis Vincentio Ferrerio, & Ludouico Bertrando,

ac

ac de alijs legitur *in eorum vitis*. Quod cælitus, & supernaturalitèr suprà omnes humani generis vires datum asserit Bozius *de sign. Eccl. lib. 6. cap. 5. sign. 22.*, Contelor. *de Canonizat. Sanctor. cap. 14. n. 38., & 39.* Proindeque ipse Beatus Solanus earundem Occidentalium Indiarum Apostolus non impropriè vocitari meruit; Gloria, & splendor nedum Seraphicæ, sed etiam omnium aliarum Religionum; Stella splendidissima in illis partibus exorta super tenebras Gentilitatis ad nouum illum Orbem illustrandum; Homo cœlestis; Tuba Euangelica; Angelus à Deo missus ad Populorum, illorumque Regnorum conuersionem, sicuti nuncupatus fuit à Patre Gabriele de Zarate Ordinis Prædicatorum Episcopo de Gumagna, & à Patre Francisco de la Serra Ordinis Sancti Augustini Episcopo de Paraguai, vt habetur in illius vita impressa Romæ anno 1672. *lib. 4. cap. 1. pag. 190., & 191.*

Hæc autem Beati Viri merita, & eximiam Sanctitatem, contestatus fuit Altissimus innumeris ferè Prodigijs, & Miraculis, tum in illius Vita, tum post obitum editis; ex Processibus etenim ritè constructis pro illius Beatificatione sex supra viginti in vita, & centum octoginta tria post mortem probata dignoscuntur, inter quæ plures adsunt suscitationes Mortuorum; Excitationes fontium in terra arida, & inaquosa, qui adhuc perennes, & salutares existunt; Transitus Fluminum super Pallio pedibus nullatenus madefactis; Obedientiâ ei præstitâ à Bestijs ferociter in eum irruentibus; Subitus innumerum Locustarum, quæ tritici campos deuastabant recessus illius iussu, in Montes digito ab ipso designatos; Repentinæ motus, & sensus restitutiones membris aridis, exsiccatis, & attractis; Instantaneæ sanationes Vlcerum; Plurimæ item sanationes aliorum morborum incurabilium; Et alia id genus permulta, ut habetur ex Cathalogo dictorum Miraculorum tàm in vita, quàm post obitum, exhibito anno 1674. in Positione super Miraculis pro illius Beatificatione; Adeout plures, atque plures illarum Prouinciarum Ciuitates, & Populi eundem Beatum Solanum iamdiu in Patronum elegerint, vt constat *præsenti Summario num. 2.*

Ex quibus omnibus cum constitisset Sacræ huic Congregationi in nostro Beato viro plenè concurrere illa duo requisita, quæ ad Canonizationem necessaria esse ait gloriosæ semper memoriæ Innocentius III. in Canonizatione S. Homoboni *constit. 2. §. 1.*, & Gregorius IX. in Canonizatione S. Antonij Padauini *Constitut. 4.* similiter §. 1. *Bullar. nou. tom. 1.* Virtutem scilicèt morum, & veritatem signorum, merita nempe, & Miracula sibi ad inuicem contestantia; eadem Sacra Congregatio coram San. Mem. Clemente X. constituta, clarè agnoscens, Deum optimum Maximum Seruum hunc suum ex meritis præcedentibus, & Signis subsequentibus exhibere venerandum, auditis etiam Consultorum suffragiis vnanimi consensu merito censuit, ac declarauit, *posse, quandocumque Sanctissimo videretur ad solemnem illius Canonizationem tutò deueniri*, & interim indulgeri, vt in toto Terrarum Orbe Beatus nuncuparetur, vt habetur ex Breui illius Beatificationis ab eodem Sanctæ Memoriæ Clemente X. edito die 25. Januarii anno 1675., quod per extensum inferius exhibetur *Summario Num. 3.*

Post indultam verò eidem Beato Venerationem multam quoque gloriam fecit Dominus cum ipso,eumque nedum in multis, sed in plurimis reddidit gloriosum ad magis, magisque illius Sanctitatem manifestandam, cum ex Processibus subindè confectis , quatuor suprà quadraginta Miracula in sola parua Ciuitate Montiliæ , Patria eiusdem Beati , constet superuenisse , vt habetur ex eorum Cathalogo infra exhibito *Summar. Num.* 4. atque ex his tria in præsens , vt superius diximus , proponuntur specialiter discutienda de quorum releuantia , & concludenti probatione non videtur hæsitandum , cum ex Testium depositionibus sub cuiusque Miraculi serie appositis , plenissimè constet , pro quorum approbatione nunc iterum instantissimè supplicamus , vt solemnis B. Solani Canonizatio ab omnibus Peruanis Prouincijs , cæterisque Hispaniarum Regnis , atque vniuersa Seraphica Religione diù desiderata , per S. V. decerni , & perfici tandem valeat.

Limana
CANONIZATIONIS
B. FRANCISCI SOLANI SVMMARIVM

Beatissimo Padre.

Num. 1. *Memoriale porrectum SSmo D. N. Innocentio XIII. pro habenda noua Audientia.*

L Postulatore della Canonizatione del Beato Francesco Solano de Minori Osseruanti di San Francesco vmilissimo Oratore con ogni più diuota riuerenza espone à Vostra Santità, qualmente nella Congregazione Generale de Sag. Riti tenutasi auanti la San. mem. di Clemente XI. Antecessore della Santità Vostra furono proposti all' Esame i Miracoli di detto Beato sopraueuuti doppo la di lui Beatificazione; Et essendo stati sentiti con qualch'applauso i trè primi, & in particolare il primo delli medesimi, di maniera che poteua sperarsene dalla Santità Sua il decreto dell'approuazione, conforme alle reiterate suppliche dell'Oratore nè aueua data benigna intenzione; di cui non si è poi potuto godere l' effetto per la morte sopraueuutale.

Per tanto l'Oratore sudetto supplica vmilissimamente V.B. à degnarsi di concederli la Grazia della nuoua Vdienza, ad effetto, che possa la medesima Causa proporsi di nuouo nella stessa Congregazione auanti la S. V. sopra l'istesso dubio de Miracoli, sperando, che con l'approuazione di due almeno de medemi possa poi procedersi alla solenne Canonizatione di detto Beato, tanto desiderata, non solo da tutta la sua Religione, mà ancora da tutte le Prouincie del Perù, essendo stato detto Beato vno de primi à piantarui la nostra Santa Fede, & auendoui conuertiti Popoli innumerabili con la Santità della sua Vita, e con frequentissimi Miracoli, che però vien denominato communemente l'Apostolo dell'Indie Occidentali; Che il tutto &c.

Dio

Die 10. Septembris 1723.

EX AVDIENTIA SANCTISSIMI.

Concessio nouæ Audientiæ.

Facta per mè Secretarium relatione supplicis libelli, Sanctissimus benignè concessit, vt iterùm nouo examini subijciantur Miracula nonnulla intercessione, vt asseritur, Beati Francisci Solani patrata.

Ità reperitur in Regestris Decretorum Congregationis Sac. Rituum; In fidem &c.

N. M. Tedeschi Archiepiscopus
Apamenus Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

Num. 2. *Ciuitates, & Populi, qui in Patronum B. Solanum elegerunt. Proc. fol. 1896.*

In libro Limæ impresso Anno 1679. cuius titulus est.

Solennità Festiua, Applausi publici, che fece questa Nobilissima Città delli Rè di Lima alla publicazione del Breue della Beatificazione del Beato Francesco Solano.

In Epistolà nuncupatoria Beato Solano continetur, proùt infra.

Le Città, e Ville, che elessero per Padrone il Beato Francesco Solano.

La Città delli Rè di Lima alli 26. di Giugno del 1629.
La Città della Plata Chuquisaca alli 25. di Febraro del 1631.
La Città di Panama li 4. Luglio del 1631.
La Città di Cartagena li 11. d'Ottobre del 1631.
La Villa di Salinas Valle di Mizque li 20. di Settembre del 1631.
La Villa di S. Filippo de Oruro li 13. di Nouembre del 1631.
La Villa di Valuerde de Yca li 27. di Ottobre del 1631.
La Villa di Oropesa Valle di Cochabamba l'Anno 1631.
La Città di Castro Virreina li 30. di Decembre del 1631.
La Città di Guamagna li 26. di Febraro del 1632.
La Città di Nostra Signora della Pace Chuquiabo li 13. Maggio del 1632.
La Villa Imperiale del Potosi li 23. di Marzo del 1632.
La Città del Cuzco in detto Anno 1632.
La Villa di Carrion Valle di Guaura li 10. di Giugno del 1632.
La Villa di Amedo Valle di Chançai li 13. di Giugno del 1632.
La Città di Leon del Guanuco de los Caballeros l'Anno 1634.
La Città di San Giacomo del Chile l'Anno 1634.
La Città de la Habana, & altri Popoli, e Prouincie.

Il Mare del Sur venera, e tiene per Padrone San Francesco Solano fin dall'Anno 1631., perche all'ora Don Bernardino Hurtado di Menedoza Caualiere dell'Ordine di San Giacomo, Generale del Puerto del Callao, & Armata Reale del Sur col suo Almirante, Capitani, Vffiziali, e Gente di Mare, e Terra l'elesse per Padrone, e Tutelare del Mare del Sur, e sue Armate Reali; e così sperimentano i Naviganti molto felici influenze del suo Patrocinio.

CLE-

CLEMENS PAPA X.

Num. 3.
Breue S. me. Clementis X. super Beatificatione B. Francisci Solani.

Ad perpetuam rei memoriam.

Quemadmodùm Cælestis Imperator, & Magister Noster Christus Iesus, qui sedet ad dexteram Maiestatis in excelsis, egregiè functos militia super Terram pugiles suos, qui virtute ex alto induti, & spiritu facta carnis mortificantes, non solùm voluntatem suam; cum omnibus concupiscentijs crucifixam Deo in holocaustum obtulerunt in odorem suauitatis; Sed etiam luculentas de impietate victorias reportare, & gentes, quæ Deum non nouerant, ad veritatis agnitionem, ac viam salutis adducere meruerunt, perennis gloriæ corona donat in Cęlis, ità, & Nos, qui eius vices, licèt immeriti, in hac terrena statione gerimus, Magistri nostri vestigijs, quantùm nostra fert infirmitas, inhærentes, illorum cultum, & venerationem in terris promouere studemus, sicùt ad Diuinæ Maiestatis gloriam, ad eius Ecclesiæ præsidium, ad ædificationem Fidelium, & animarum salutem cognoscimus in Domino expedire. Cùm itaque maturè, diligenterquè discussis, atque perpensis per Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum Processibus de Apostolicæ Sedis licentia confectis super Vitæ Sanctitate, & Virtutibus tàm Theologalibus, quàm Moralibus in gradu heroico, quibus Seruus Dei Franciscus Solanus Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Obseruantia nuncupatorum professor multiplicitèr claruisse, necnon Miraculis, quæ ad eius intercessionem ac ad manifestandam Mundo illius Sanctitatem à Deo patrata fuisse afferebantur; eadem Congregatio coram Nobis constituta, auditis etiam Consultorum suffragijs, *vnanimitèr censuerit, posse, quandocumque Nobis videretur, ad solemnem eiusdem Serui Dei Canonizationem tutò deueniri*, interim verò indulgeri, vt in toto terrarum Orbe Beatus nuncupetur. Hinc est, quòd Nos pijs, atque enixis charissimi in Christo filij nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholoci, ac charissimæ in Christo filiæ nostræ Marianæ earundem Hispaniarum Reginæ Catholicæ Viduæ eius genitricis, nec non totius Ordinis præfati supplicationibus Nobis super hoc humilitèr porrectis benignè inclinati, de præfatorum Cardinalium Consilio, & vnanimi assensu auctoritate Apostolica tenore præsentium indulgemus, vt memoratus Dei Seruus Franciscus Solanus in posterum Beati nomine nuncupetur, eiusque Corpus, & Reliquiæ venerationi Fidelium (non tamen in processionibus circumferenda) exponantur; Imagines quoque radijs, seù splendoribus exornentur, ac de eo quotannis die prima non impedita post diem felicis eius obitus, recitetur Officium, & Missa, celebretur de Confessore non Pontifice, iuxta Rubricas Breuiarij, & Missalis Romani. Porrò recitationem Officij, & Missæ celebrationem huiusmodi fieri concedimus in locis dumtaxàt infrascriptis, videlicèt in Oppido Montiliæ in quo dictus Seruus Dei natus est in Ciuitate Limana, vnde ad Cęlos euolauit, & vbi venerabile eius corpus requiescit, ac in Prouincia Thecumana, in quam Catholicæ Fidei noua semina felicitèr inuexit, ab omnibus vtriusque Sexus Christi Fidelibus tam Secularibus, quàm Regularibus, qui ad horas Canonicas tenentur, nec non in toto Ordi-

ne

ne præfato tàm Fratrum, quàm Monialium, & quantùm ad Missas attinet, etiam à Sacerdotibus ad Ecclesias eiusdem Ordinis confluentibus; Præterea primo dumtaxàt anno à datis hisce litteris, & quoad Indias à die, quo eædem literæ illuc peruenerint, inchoando in Ecclesijs Oppidi, & Ciuitatis, ac Prouinciæ, & Ordinis præfatorum, respectiuè solemnia Beatificationis eiusdem Serui Dei cum Officio, & Missa sub ritu duplici maiori die ab Ordinarijs respectiuè constituta, & intra sex menses promulganda, postquam tamen in Basilica Principis Apostolorum de Vrbe celebrata fuerint eadem solemnia, quam ad rem die 30. Iunij proximè venturi assignamus, paritèr celebrandi facimus potestatem. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Decretis de non cultu editis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, vt earundem præsentium Literarum transumptis, seù exemplis etiam impressis manu Secretarij prædictæ Congregationis Cardinalium subscriptis, & sigillo Præfecti eiusdem Congregationis munitis, eadem prorsus fides ab omnibus, & vbique tàm in iudicio, quàm extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 25. Ianuarij MDCLXXV. Pontificatus nostri Anno quinto. I. G. Slusius.

EX PRIMO PROCESSV.

Num. 4. *Compendiosa narratio Miraculorum à B. Solano patratorum post Beatificationem in sola Ciuitate Montiliæ.*

I. Franciscus Solanus puer annorum trium cum dimidio ex alta turre cecidit semimortuus existens, delatus fuit ad Ecclesiam Beati Solani cuius intercessione ad pristinam sanitatem restitutus statim deambulare cæpit, cum magna astantium admiratione fogl. 858.

II. Maria Hieronyma de Aguillar cum in lucem edidisset fœminam, secundinam emittere non potuit, etiam si illi fuerunt per Obstetricem adhibita omnia remedia, quæ in similibus casibus fieri solent. Sacram Eucaristiam accepit Medicorum iussu, à quibus fuit derelicta, vt proximè moritura. Sed eius Ventri applicita imagine B. Solani, subito absque dolore secundinam emisit, & omninò sana remansit. fogl. 702.

III. Maria Ruis septuagenaria in morbum incidit, attractionis manuum, & crurum eo deueniendo, vt nec incedere, nec cibum sumere, nec sedere, nec in Cubili hinc inde se vertere posset absque alterius auxilio. Pluribus remedijs ei inuanum applicitis à medicis à quibus fuit proclamata B. Solano se commendauit, & eius intercessione totaliter sanauit. fogl. 720.

IV. Frater Laurentius de Aguillar Sacerdos Ordinis Minor. Sancti Francisci febre Eticha laborauit, & cum fuisset à Medicis pronuntiatus Etichus confirmatus, & eius morbus insanabilis ad B. Solanum recurrit oleo quæ lampadis coram eius Imagine ardentis se perliniuit, & sanus euasit. fol. 399.

V. Maria de Aguillar vna cum filia, & Nepte in cubili somno detentis nocturno tempore domus repente concidit. Ad ruinæ, & strepitum excitæ Beatum protinus inuocarunt, cuius presto fuit opis: diruta enim tota domo ea pars tantum seruata fuit in qua illæ

illæ existebant, licet compacta ex eadem materia, ac reliquum domus, nec vllum subesset firmius fulcimentum, & ne dum illæ remanserunt illesæ, verum etiam supellectilia dictæ domus interquæ Lecitus Olei ad vsum lampadis sumptibus earumdem iugiter ardentis ante Beati Imaginem, qui delapsus ex superiori ad inferius pauimentum remansit illesus, & Oleum nec in minima gutta dispersum, cum omnium admiratione, vt deponunt Testes de visu, fol.161.1378.

VI. Catarina Bernarda de Arana Puella quatuor annorum in proximo vitæ discrimine existens ob deglutitam hirundinem in aqua, quam oropinauerat latentem frustra per plures dies pluribus medicamentis adhibitis per applicationem tandem Crucis quæ olim fuit B. Solani, eius implorata ope statim conualuit hirundine ex eius faucibus vltrò prodeunte. Ita deponunt vigínti quatuor Testes fol.569.

VII. Ildefonsus Marques de Espexo præ angina in gutture impotens omninò ad cibum, & potum per quinque, vel sex dies nulla experta medicaminum vi, minusque vndecim sanguinis emissionum habito recursu ad B. Solanum eique applicita prædicta cruce, statim tumore eructo integrè euasit incolumis. Ita deponunt de visu quatuor Testes fol.749.

VIII. Cum Ioannes Traperus magno tumore sub genu dextero, & ardentissimis febribus ex Erisipila correptus esset, ac atrocissimis doloribus per quatuor hebdomadas elaboraret, ita oppressus remansit, vt nec caput eleuare, nec cibum aliquem sumere posset maximè in diem durescente tumore: In hoc statu respiciens Imaginem Beati, eidem se commendando somno correptus est, in quo magnus superuenit sudor eruptoque tumore excatuit copiosa sanies commixta sanguinè, cumque euigilasset fuit quoque inuentus absque febri, & absque vllo dolore in parte lesa, & ita sanitati restitutus, quod ipsa met die potuerit sinè impedimento deambulare. fol.930.946.

IX. Ioanna Francisca Hurrado Virgo laborans pestifero morbo (tempore, quo epidemia in Ciuitate Montiliæ grassabatur) cum duobus bubonibus in inguine, quos ob pudorem occultabat, Matri suæ tamen manifestauit, & quia ipsimet diebus, ac in ipsamet Domo duo Famuli peste perierunt, timuerunt valde, & mortem Filiæ, & totiùs familiaris suppellectills combustionem. In hoc conflictu (agentem iam in extremis infirmam (parentes eius Beato commendarunt, & statim, licet, ardentissima febri, & delirio laboraret, cæpit recuperare salutem, cui breuissimo tempore integrè restituta fuit. Et, quod est æquè mirandum, nulli alij è dicta Domo subiere dictum pestiferum morbum. *Super hoc deponunt de visu Testes.* 24.*fol.*711.; 2.*fol.*184.*ter.*, & 188.; 4.*fol.*230. & 240.; 3, *fol.*213. & 220. *ter.*; 1.*fol.*160. *ter.*, & 169. *ter.*

X. Maria à Sancto Georgio post Infantem in lucem editum, cum secundas non emisisset, cognouit Obstetrix alium Infantulum remansisse, qui post spatium quatuor horarum brachium emisit, & in hoc statu per septem horas permansit; Cognito periculo Sacramentis munieruht Infirmam, post quorum administrationem perseuerauit in eodem per alias vigintì quatuor horas; itaut præ nimia debilitate in vltimo extremo vitæ constituta iam à Medicis despe-

raretur; fuit Infirmæ allata ex Conuentu Monialium S.Claræ Imago Beati, & cum suis manibus accepisset, omnes circumstantes genuflexi auxilium eius inuocarunt vna cùm ipsa & in oratione felicitèr secundum Infantem peperit; secundas emisit, & admiratione omnium absque vlla penitùs læsione permansit. *Super hoc deponunt de visu Testes. 37. fol.* 961., 45. *fol.* 1153., 46. *fol.* 1169., 47. *Testis fol.*1185. *ter.*, 48. *fol.*1200.

XI. Maria del Pino annorum sex supra septuaginta incidit in febrim malignam, tempore, quo epidemiam Ciuitas Montiliæ patiebatur; Visitata à Medicis statim fuit expedita, vtpotè non apta curari præ ætate, & grauitate morbi; Sanctissimis itaque munita Sacramentis, in extremis iam laborabat. Quando Filij eius in Cappella Beati cogitarunt de celebratione Sacri pro eius salute, prout expleuerunt, se ex toto corde commendando eiusdem intercessioni, & statim liberam à febri inuenerunt, itaut Physicorum, & omnium cum admiratione illicò perfectam salutem reportauerit, in qua vsque ad præsens permanet. *Super hoc deponunt de visu Testes.* 1. *fol.* 160., 2. *fol.* 193., 3. *fol.* 211. *ter.*, 4. *fol.* 228., & 24. *fol.*707. *ter.*, *qui omnes præsentes fuerunt.*

XII. Ioannes Bellimar trium annorum cum dimidio cùm supra fenestram ascendisset, inde cecidit ab altitudine decem, & octo palmorum in publicam viam lapidibus structam, & cum jam mortuus existimaretur, statim Beato commendatus, de repente Puerulus reuixit, & absque aliqua læsione incolumis repertus est. *Super hoc deponunt de visu Testes.* 8. *fol.* 321. & 330. *ter.*, 9. *fol.* 337. & 334. *ter.*, 10. *fol.*351., 11. *fol.*364., 12. *fol.*367. *ter.*

XIII. Ioanna de Blanças postquam recepisset beneficium miraculosæ sanitatis à cancro, vt refertur per extensum infrà Miraculo III. deponit *fol.* 1292. *ter.*, quod cum tempore epidemiæ laborasset magnis febribus cum omnibus signis, quibus pestis incipiebat, visitata à Medicis; hi declararunt omnia remedia inutilia, & propterea Sacramentis omnibus fuit refecta, tertia die, in qua febris incæpit timens se sub eam è vita decessuram, dictum Beatum inuocauit, vt de illo lethali periculo, sicut de alio superiùs relato, suis meritis liberaret statim in ipsamet oratione febris cessauit, itaut sana, liberaque omninò permanserit.

XIV. Ipsemet deponit *fol.*1293.qualitèr anno 1684.quo etiam vrgebat pestisiu dicta Ciuitate habuit in oculo sinistro tumorem quendam, vulgo carbunco, magna cum febri tume facta facie, alijsque accidentibus, quibus epidemia incipiebat, & licèt à Medicis, & Chirurgis medicamina fuerint applicata, cùm nihil proficerent, & in extremis iam laborasset, reportare fecit oleum lampadis Beati, & adhibita vnctione, perfectam salutem recuperauit, & idipsum deponit etiam *Testis* 55. *fol.* 1346. *ter.*

XV. Ipsamet deponit etiam *fol.* 1294. aliud beneficium intercessione Beati receptum, nimirùm quod Maria de los Sanctos Filia eius laborabat magna gutturis tumefactione cum ardentissima febri, itaut nec cibum recipere, nec respirare posset; igitur à Medicis proclamata, Testis ista recursum habuit ad intercessionem Beati, ac eiusdem Imaginem posuit supra Infirmam, quæ illam manibus tenens, & lachrymans pro sua salute deprecabatur. In ipsomet actu infirma repentè euomuit abundantem humorem sanguine

mixtum

mixtum, & recuperata salute lectum dimisit ipsamet die perfectæ sanitati restituta.

XVI. Ipsamet deponit quandam Puellulam tribus mensibus post natiuitatem suam oculos non aperuisse, sed potiùs ex illis emanasse humorem pestilente sanguine mixtum, & ab omnibus cæca iudicabatur, Sacrificium Missæ pro sua salute in Cappella Beati oblatum fuit, & in eo Infirma, magna cum fide, commendata; quo peracto Puellula oculos aperuit, & omnium cum admiratione visi fuerunt redacti ad suam perfectam claritatem, & absque aliqua læsione, & sic permanent vsque ad præsens *Process. fol.* 1295. *ter.*

XVII. Etiam deponit ruinam cuiusdam Domus in qua erant Anna Rodriguez Ioannes Matthias, & Franciscus Filij eius, & Ioannes Perez, qui cùm vidissent, & audiuissent circa dimidium noctis prædictam ruinam, Beato se commendarunt, & absque læsione miraculosè inter ruinas præseruati remanserunt *Proc. fol.* 1296. *ter.*

XVIII. Ioannes Franciscus à Sanctis Puer quinque annorum per biennium laborabat infirmitate hidropisiæ, ex qua tumefactus, & absque remedio à Medicis destitutus fuit; in hac afflictione Parentes eius Beato eum commendarunt, & Puer ipse plorando petijt à Beato suam salutem, applicataque Imagine ventri, tepente euacuatio magna (naturalitèr insolita) superuenit; itaùt absque tumefactione, febri, alijsque accidentibus, ipsomet die sanitati fuerit restitutus, vt deponunt Mater eius, Soror, & Frater. *Testes* 28. *fol.* 804. *à ter.*, 29. *fol.* 828. *&* 30. *fol.* 844.

XIX. D. Franciscus Antonius Perez Presbyter laborabat in extremis ob malignitatē diuturnæ febris, iàm à Medicis destitutus frater eius D. Ludouicus Perez Presbyter Missam celebrauit in Altare Beati, illum commendans; Sentijt in actu oblationis Sacrificij quodquam animi solatium, & domum repetens inuenit Infirmum absque febri, & breui perfectam salutem recuperauit. Pro beneficio accepto amborum sumptibus obtulerunt Imaginem Beati valoris trecentorum ducatorum argenti, quæ hodie collocata est in Cappella Conuentus Sancti Laurentij, & est illa, quæ ad liberationem epidemiæ processionaliter delata fuit. Sic deponit *Testis* 50. *fol.* 1239.

XX. Ioanna Muñoz Vidua sexagenaria laborabat magna afflictione, quia mandibulæ, seù partes inferioris oris ceciderant de loco suo, itaùt alimentum sumere non posset, & sic permansit per septem dies remedij destituta, credens se morti proximam; Beato se commendauit, & in oratione, sumpto paulisper somno, in eo mandibulæ fuerunt loco suo restitutæ, & cum euigilasset, sanam se inuenit, vt deponunt Testes 40. *fol.* 1061. *à tergo, &* 41. *fol.* 1080.

XXI. Petrus Ariona tempore epidemiæ patiens tumorem pestilentem in inguine cum ardentissima febri, atrocissimisque doloribus repentè liberè inuentus est, olei Beati vnctione peracta à Maria Candelaria Vxore sua, ità ipsamet deponit, quæ est Testis 8. *fol.* 324. *à ter.*

XXII. Vxor Emanuelis Solani ob infirmitatem, vt vulgo dicitur, Colicam, ad extremum vitæ ducta, à Medicis absque humano remedio proclamata, ad applicationem Imaginis Beati statim alueus exoneratus est, & saluti omnium cum admiratione restituta, vt Testis septimus deponit *fol.* 302.

XXIII. Sebastiana à Cruce laborabat herisipela in facie cum ardentissima febri, magnisque doloribus in oculis, adeoùt eos aperire

non posset, ac medicamina omnia essent inutilia; applicata Cruce ex ligno Cunabili, quo infans iacuit Beatus repentè perfectè sanitati restituta est, vt deponit ipsamet Testis septimus *fol.295. à ter.*

XXIV. Iosephus Trillo puerulus filius D. Hieronymi Trillo Equitis S. Iacobi ob violentas epilepsiæ commotiones, hernica fractura laborans, & insanabilis proclamatus, vnctione olei lampadis, repentè sanus factus est, vt deponit Testis quintus *fol.251.*

XXV. Antonius Traperus sanus euasit vnctione olei lampadis Beati à tumore pestilenti in inguine tempore epidemiæ Ciuitatis Montiliæ, vt deponit primus Testis *fol.166.*

XXVI. Emanuel Cordon tempore epidemiæ laborans magna febri, magnisque doloribus ob tumorem pestilentem in inguine, vnctione olei lampadis Beati repentè tumor crepuit, & liber à febri sanus remansit, vt deponunt Testes 24. *fol.705. à ter.*, & 25. *f.742. à ter.* ambo Medici.

XXVII. Ex Testibus præsentatis à Subpromotoribus deponit primus, scilicèt D. Franciscus Sanchez de Toro Presbyter, quod cum ipse per tres menses, magna, acutaque infirmitate cum mortis periculo laborasset, Beato se commendauit, & statim sanus remansit *fol.1523. à tergo.*

EX SECVNDO PROCESSV.

I. Christophorus Almedina Ciuis Montiliæ ex vulnere in capite lethaliter decumbens cum grauibus simptomatibus morti proximus, cum se B. Solano commendasset, idem Beatus per noctem ei apparuit, & integræ sanitati restituit. *fol.155.*

II. Ioannes Antonius de Huerta Chirurgus Ciuitatis Montiliæ cum horrendis apostematibus per plurimos dies laboraret in brachio dextero, & ab eis ad vltimum vitæ periodum perductus esset pluribus superadditis lethalibus simptomatibus se ad Beatum Solanum ex corde commendauit, & alligata super brachio illius Imagine omninò sanus euasit *fol.158.*

III. Franciscus Antonius Solano Clericus mediante auxilio, & intercessione B. Solani subitò, & integralitèr sanatus fuit à tumore in podice, & fluxu sanguinis, quibus nouem annorum spatio laborauit, & etiam à febre ethica triennali, & duobus apostematibus, quæ vncta fuerunt oleo lampadis dicti Beati, ex quo oleo etiam bibit tres haustus, post quos somno correptus fuit, & ab ipso somno excitatus inuenit se sanum *fol.314.*

IV. Petrus Antonius de Puentes Aquino Veterinarius inuocata ope B. Solani, & mediante vnctione ex oleo lampadis ante altare eiusdem Beati ardentis sanatus fuit à fractura ossis tibiæ tumore tali, acerbissimis doloribus, & vlcere fistuloso super decennium circiter excruciantibus *fol.525.*

V. Sacerdos Andreas Portero laborans liuida tumiditate, ingenti inflammatione cruris, & pedis oleo B. Solani sanatur repentè *f.454.*

VI. Ildefonsus Gonzales Mantilla Chirurgus supra binos annos plura vlcera passus, eis remissis post decennium passus est repullulationem quatuor ex prædictis vlceribus, & frustra adhibitis remedijs Oleo B. Solani conualuit. *Proc. fol.523. & seq.*

Alia octo miracula existunt in eodem secundo Processu, quæ breuitatis gratia omittuntur.

PRIMVM MIRACVLVM

Aliàs Tertium

Ex primo Processu sanationis à Cancro

Ioannæ de Blancas.

IOanna de Blancas degens in Ciuitate Montiliæ per septennium, Cancro laborauit in sinistra Mamilla, absque eo quod diuersa remedia desuper adhibita potuerint vnquam proficere; immò exacrescente in dies magis, magisque Tumore: ita patiens affligebatur doloribus acutissimis, ùt nec in lecto decumbere, nec somnum capere posset, sed tantùm in eo sedens humeris pluteo innixa, noctes omninò insomnes transigere cogebatur; desperatis igitur humanis auxilijs, ad intercessionem Beati Solani recursum habuit, & post effusas preces apud Sac. illius Ædem per noctem Domum reuersa in lecto decubuit, & allata sibi tabula picta Imaginis eiusdem Beati, eam amplexando summo feruore collocauit super Cancro, & ità placidissimo somno correpta remansit, longiùs stertendo vltra solitum morem.

Manè excitata ad vocem filiæ, se se reperijt omni dolore vacuam, itaut potuerit pergere ad Ecclesiam, vbi erat in Altari Effigies Beati; ibique orare, ac sacramentis refici, supplicando pro restitutione salutis; Vix domum regressa (mirabile dictu) Tumor Mamillæ repente crepuit tanto impetu, vt aqua copiosa exiliens prosiliens asperserit tàm Circumstantes, quàm parietem ipsum; Ægra mortuæ similis decubuit, vocatoque Medico, necnon Chirurgo, iste inuocata intercessione Beati ex amplo vlcere Mamillæ extraxit Cancrum absque vllo minimo dolore patientis, aut aliqua sanguinis eruptione, cuius Cancri figura apparuit adeò prægrandis, vt manus magnitudinem adæquaret, radicibus varicosis, & teterrimi coloris inter viridem, ac nigrum; Cauitas verò, quæ in Mamilla remansit, fuit adeò profunda, & ampla, vt Chirurgus in eam iniecerit octo linaminum globos melle rosaceo imbutos magnitudinis sicut octo oua, & cum hoc solo remedio in noua did huiusmodi cauitas expleta est carne, & totaliter sanata. Iste casus accidit ineunte anno 1678.

Hoc insigne Miraculum est in omnibus suis extremis perfectè probatum, vt in Congregatione præparatoria 11. Aprilis 1693. recognitum fuit. Quippè seriem totius facti referunt quinque Testes de visu, scientia, & facto proprio, respectiuè, iuncta ad corroborationem etiam depositione Mariæ à Sanctis Virgunculæ filiæ ipsius Sanatæ, per quos Testes probatur primum extremum Miraculi, scilicèt Ioannam laborasse Cancro, *vt in Summario num.* 1., 2., 16., 17., 50., 70., & 98., quorum primus est Medicus Bohoyos, qui Ægram curauit, deponens eam laborasse Cancro; & quamuis Traductor in prima traductione Processus loco *Cancri*, ex-

pres-

præfuisset *Zaratan*, tamèn posteà emendauit traductionem ponendo *Cancrum*, ex quo verbum *Zaratan* iuxtà communem significationem in Hispania passim vsurpatur pro Cancro; vt ingenuè admittit Reuerendissimus Promotor in *Animaduersionibus S. Verùm*; Et dictum morbum durasse per septennium resultat ex eisdem Testibus *n.*16., 50., 53., *&* 92. Pariter eum fuisse incurabilem, & desperatam à Medicis salutem Infirmæ habetur *nu.* 22., 23., 74., 93., *&* 94. Prout etiam medium Miraculi, seù Inuocatio Beati Solani iustificatur *num.* 8., 14., 24., 27., 28., 70., 78., 101., 103., *&* 107. Et demum sanatio miraculosa, mediante applicatione Imaginis Beati Solani ad Cancrum resultat plenè ex Iudicio dicti Medici, *n.*7., *&* 13., necnon ex alijs Testibus *n.*50., *&* *seqq.*56., *&* *seqq.*81., *&* *seq.*95., *&* *seq.*, *&* *n.*110., *&* *seqq.* ex quibus omnibus sequitur releuantia miraculi, cum agatur de sanatione Cancri occulti, cuius conditio est, vt etiam cum efficacissimis remedijs sanari minimè possit, vt inquit Hippocrates *Aphorism.*38., quem refert in specie Rot. *in relat. B. Aloysij Miracul.* 1. *§. Hunc autèm*, vbi meritò concludit his verbis; *& propterea cum sanatio sit præter ordinem totius naturæ creatæ manifestè concluditur fuisse Miraculum*, & in puncto de Cancro in Mamilla, quod sit naturaliter insanabilis, firmat Sennert. *prax. Medic. lib.*4. *par.*3. *sectione* 1. *cap.*6. *pag.*814., ibi = *quæ Sententia etiam de Cancro Mammarum est audienda* = Claud. *respons.*35. *pagin.*113. *§. Sed quod*, ibi = *Statuo malum hoc incurabile prorsùs esse* = & Aquapendent. *lib.*1. *cap.*22. *pag.*210., ibi = *Cancer, qui omninò pectori, seù Mammis adhæret est deploratus* = Zacch. *quæst. Medicolegal. lib.*10. *cap.*8. *num.*3., vbi quod Cancros iam accrescentes, qualis hic erat, esse insanabiles sine vllo dubio concludit ex Aetio dicente = *Cancros in pectore obortos omninò deploratos esse scito*.

Quod Miraculum Sanationis Cancri esse secundi generis, censuerunt Auditores Rotæ *in Relatione S. Theresiæ art.*4. *de Miracul. post mortem Miracul.*5., & refert Pignatell. *consultat. Canonic. tom.*5., *consultat.*35. *num.*2. *in fine*, & ideò sanationem primariæ fœminæ Carthaginensis à Cancro Mamillæ meritò celebrat tamquam insigne Miraculum Diuus Augustinus *de Ciuitate Dei lib.*22. *cap.*8. *pag. mibi* 818. *col.a. litt.C.*

Releuantia est euidentissima, cum ad eam concludendam sufficiat reflectere, quod agitur de sanatione Cancri occulti cuius conditio est, vt etiam cum efficacissimis remedijs sanari minimè possit, iuxtà relatum *Aphorism. Hyppocratis* 38., quod refert *Rota in relat. B. Aloysij Miracul.* 1 *§. Hunc autem*, quæ releuantia agetur, si obseruentur plures circumstantiæ, de quibus infra.

Primò, quia nostræ Infirmæ applicita fuerunt antecedenter medicamenta omninò contraria ad producendum effectum suppurationis, vt fatetur Medicus *n.*4., *&* 13., & tamen cum post applicationem Imaginis Beati Solani, & fusas preces apud eius Ædem, repentè tumor mamillæ infractus fuerit, miraculosa omnino fuit suppuratio tamquam secuta contra indolem medicamentorum, vt censuit Medicus *n.*13. 14., necnon deponant alij Testes *n.*44. 47. 61. 63. 65. 87. 90., *&* 112., & in terminis Rot. *in Relatione B. Andreæ Corsini apud Lezzan. consult.*5 *num.*195., Contelor. *de Canoniz. Sanct. cap.*17 *num.*1.

Secundò, quia Ægra sæuissimis antea doloribus assiduè cruciata, ad applicationem Imaginis Beati in parte læsa, illicò in profundum somnum collapsa, mane expergefacta, nullum sensit dolorem, *vt num.*8. 29. 31. 32. 56. 79. 81., *&* 110., ex quo dignoscitur, quod vsque de tali tempore iam sublata fuerat malitia Morbi, in quo consistit ratio, & substantia Miraculi, *vt apud* Cantelor. *cap.*17. *sub num.*14., & Pignatell. *consultat.*35. *num.*12. *tom.*5., & dictum fuit in Relatione Sancti Raymundi *par.*2. *artic.*5., & in Relatione S. Franciscæ Romanæ *in tertio Miraculo* §. *Nec detrahit, & in quinto Miraculo* §. *Nec Miraculo, & in IX. Miraculo* §. *Diximus*.

Tertiò, quia absque vlla difficultate, & sine Ægræ dolore Chirurgus extraxit adeò ingentem Cancrum, & quidem ad contemporaneam inuocationem nostri Beati *num.*11. 38. 39. 40. 59. 83. 84., *&* 97., quæ extractio, attenta radicata insidentia Cancri, qui carni infigitur ceù clauus, illa fieri, & hic extirpari radicitus nequiuerat, absque copiosa sanguinis effusione, & ingenti spasmo, Aquapendent. *vbi supra pag. mihi* 227. §. *Quod si Cancer*. Viues *in Comment. ad Sanctum Augustinum de Ciuitat. Dei dicto cap.*8. *pag. mihi* 821. *columm.*2. vbi *litt. A.* dicit quod quando Cancer est perfectus, & confirmatus tunc reuelli nequit, tantùm leniri.

Quartò, quia statim sequuta Cancri extractione, adhuc eius natura est, vt denuo reuertatur, & non possit amplius ad cicatricem peruenire Auicen. *dicto lib.*4. *tract.*2. *cap.*16. *pag.*131., vbi in fine enarrat, quod *Medicus quidam incisit Mamillam cancerosam radicitus, & cancerata est altera*, & cum hac theorica transit *Cels. cap.*28. *lib.*5. Aquapendent. *vbi supra pag. mihi* 218. §. *Vltimo quod*. Nostra autem Patiens à die consolidati Vlceris vltrà non habuit, neque in suo corpore apparuit aliquod vestigium residualis morbi, vt de visu testatur Medicus *num.*12., & cœteri Testes *num.*46. 64., *&* 89.

Quintò, quod in termino nouem dierum fuit penitus occlusa illa cauitas, & perfectè consolidata illa caro, quæ iam à septennio pertinaciter cancerata permanserat *n.*46. 64., *&* 89. non obstante, quod eadem cauitas esset tantæ profunditatis, & latitudinis, vt caperet octo turundas, quamlibet magnitudinis oui *n.*42. 60. 62. 86. 88., *&* 99. Vnde licet in morbo insanabili, & sic Miraculo secundi generis non requiratur Instantaneitas Cantelor. *de Canonizat. cap.*17. *num.*10. *versic. Sed ego distinguebam*, Matt. *par.*4. *cap.*8. *num.*7., *& seqq.*, Zacch. *quæst. Medicolegal. lib.*4. *quæst.*3. *num.*3., *Rosa de execut. litt. Canonizat. num.*175., adhuc in casu nostro ad maiorem Miraculi releuantiam optimè potest dici, hanc sanationem in instanti euenisse, cum in hac materia ad effectum substantiandi Miraculum non sit opus, quod concurrat Instantaneitas Mathematica ex allegatis ab Eminentissimo de Laurea *de Miracul. disp.*20. *art.*20. *à num.*866. *pagina mihi* 596., vbi firmat dilationem decem dierum non tollere rationem Instantaneitatis, & de spatio nouem dierum in Miraculo Sancti Francisci Xauerij firmant Angel. Victor. *consultat. Medic.*900. *pag.*400. *litt. C.*, & cum hoc sensu processerunt Auditores Rotæ *Relatione eiusdem S. Francisci Xauerij Miracul.* 13. §. *Primo, &* §. *Ostenditur*.

Testes

Testes super primo Miraculo.

Ex Positione Anni 1701. Pag. 6.

De visu.

I. *Testis in Procesf. XXIII. D. Franciscus de los Rios Boboyos Doctor Medicus Academiæ Bæticæ, & in Protomedicato Curiæ Regis Catholici approbatus, Civis Villæ de la Rambla, vbi professionem exercet, annorum 34. iuxtà 8. Interrogat. Procesf. fol. 388. respondit.*

CHe nella Città di Montilla era vna Donna, che si chiamaua Giouanna di Blancas Moglie di Lorenzo Galan, che già è morto, la quale habitaua nella strada Cordon, d'età, à suo parere di 35. anni in circa, la quale da quattro anni, e mezzo fà in circa, chiamò questo Testimonio à sua casa nella detta strada Cordon, & hauendola visitata, riconobbe questo Testimonio vn Tumore nella Zinna sinistra assai negro, e varicoso, quale saria della grossezza, e forma d'vna pagnotella d'vna libra con molta durezza, il qual tumore si chiama Canchero non vlcerato. E nella relatione, che li fece d. Inferma, li disse hauerlo patito anche prima d'esser stata veduta da questo Testimonio da 5. ò 6. mesi, che teneua quella postema, e se terrebbe rimedio? al che li rispose questo Testimonio, che l'infermità in quanto da sè, e secondo la sua essenza era quasi incurabile, tanto più per la ragione della parte, doue staua, mà con l'aiuto di Dio vi applicheremo quello, che sia più proficuo, e che conoscendo questo Testimonio, che vna delle terminationi di simili Tumori, ò posteme, è l'induratione, che si deue, quando gl' humori, e le cause sono inobedienti alla concottione, e che per ragione, che la causa materiale di questo tumore, che patiua dett' Inferma, era l'humore malenconico atrabilare, il quale è inobediente, stante la sua eccessiua siccità, e di qualità terrea, e ch'egli da sè solo con le sue cattiue, e corrosiue qualità inulcerisce la parte doue si troua, ò per doue passa; sin d'allora impedì di suppurarlo, vedendo, che non era capace di risolutione, che però sin d'allora si seruì di medicamenti, che l'indurissero, per toglier l'occasione, che poi suppurato haueua da inulcerirsi, li quali furono composti d'ingredienti freddi, & humidi, e di freddi, e secchi, come sono le foglie del Solano, Sempreuiua, e Piantagine, i quali medicamenti furono applicati per molti giorni; che li pare sarebbe più d'vn mese, e che per esser la detta Inferma pouera non tornò à visitarla in sua casa, benì, che quella frequentemente in qualunque luogo, che incontraua questo Testimonio, li communicaua lo stato del suo male, e che permanendo la medesima indicatione senz'auanzarsi, nè diminuirsi, si proseguì per arbitrio dell'Inferma medesima negl'istessi medicamenti, quando sentina alcun' ardore nella Zinna predetta, e da otto giorni prima, che fosse aperto detto Tumore, chiamò l'Inferma questo Testimonio col motino d'essersell accresciuto l'ardore con gran dolore, per il che li ordinò, che continuasse quelli medesimi medicamenti già riferiti, accrescendo solo certe foglie d'Insquiamo per la virtù narcotica, e stupefa-

1. Ætas patientis.

2. Tumor valdè niger, & durus in Mamilla sinistra ad instar panis vnius libræ.

3. Infirmitas de se ferè incurabilis à Medico indicatur.

4. Medicamina diù adhibita ad indurandum tumorem.

pesaciente, che tiene; Riconobbe però, che la grossezza, e la qualità del Tumore staua, come quando la vidde la prima volta, che saria da 5. mesi prima in circa, e passati, à suo parere otto giorni da quest'vltima visita, chiamarono questo Testimonio la terza volta per la casa della d. Inferma, la quale all'hora habitaua nella strada della Calzada, & essendoui andato detto Testimonio, gli dissero, che il giorno antecedente erasi aperto detto Tumore senz'incisione per arte, mà spontaneamente, e vidde la piagha, la quale era concaua, e così grande, che vi capiua più, che la grossezza d'vn gran pugno per dentro d'essa, & osseruò questo Testimonio esserui dentro vna cosa come pellicola, & ammirato il Testimonio di questo successo, che à suo parere fù naturalmente impossibile d'arriuare alla suppuratione, & aprirsi per le ragioni da esso già riferite, li disse dett'Inferma, che vna fanciulla sua figlia era andata ad vna casa d'vna sua Parente, & hauendo visto in quella vn quadretto con l'effigie del B. Solano, disse alla detta sua Parente, che se voleua alcuni denari (che non si ricorda, che quantità disse) gli li darebbe per quel quadretto, che voleua portarlo à sua Madre, perche quel Santo haueua da leuar l'infermità, che teneua detta sua Madre, alla quale hauendo portato detto quadro, stando in letto: se lo pose sopra la Zinna, doue teneua il tumore, e si addormentò, e risuegliatasi, gli si ruppe d. Tumore in maniera, che tutte l'altre Donne, che stanano vicine intorno al letto, spruzzò, e macchiò la materia, che saltò fuori di detta Zinna, con dare vn scoppio; e vedendo questo Testimonio, che ciò più non era dj sua professione, se non di Chirurgo il curare quella piaga, si licentiò, dicendo, chiami V. S. il Chirurgo.

5. Medicus post 5. menses in eodem statu tumorem recognouit.

6. Post dies octo illum inuenit ex se apertum, & vleus satis concauum, & magnum.

7. Tumor ad suppurationem non poterat naturaliter deuenire.

8. Ad appliiationem Imaginis Beati ad Mamillam, infirma statim somnum cepit.

9. A somno excitata, tumor crepuit magno impetu, itaut conspersferit adstantes.

Et interrogato questo Testimonio da Sua Signoria del temperamento, e costitutione del corpo di dett'Inferma; Disse, essere di complessione adusta, calida, & humida, à causa del predominio dell'humor sanguigno.

Interrogato, se nel tempo dell'Infermità teneua forze bastanti la dett' Inferma; Disse, che sì, e che andaua per la strada, e che intese dire d. Inferma nell'vltima visita, che vn giorno, ò due prima era vscita à confessarsi, e communicarsi alla Chiesa.

Interrogato, se con quest'infermità vi haueua anche la febre; Rispose, che da quel tempo fino alla seconda visita, non la ritrouò con febre, e che in questa, che fù otto giorni prima in circa, che gli si aprì detto tumore, non lo sà, atteso che non fù à visitarla, se hebbe, ò nò la febre; ne quando la visitò l'vltima volta, che già s'era aperta detta postema, non li toccò il polso, perche, come vidde la piaga, rimise la cura d'essa al Chirurgo.

Et interrogato, se oltre li detti medicamenti poco prima della sua sanità pigliò alcun purgatiuo, ò aforetico, ò se si cauò sangue. Rispose, non sapere, che pigliasse alcun medicamento purgante, ne diaforetico, nè si cauasse sangue, non hauendoglielo ordinato questo Testimonio.

Et interrogato, se haueua nella parte tumefatta dolori prima della sanità, ò se cessarono poco prima. Rispose, che già tiene detto, che la seconda visita, che questo Testimonio li fece otto giorni prima d'aprirglisi il Tumore, fù col motiuo delli dolori, ch'erano sopr'aggiunti all'ardore, che d.Inferma patiua nella d. Zinna, al qual'effetto gl'applicò il Iusquiamo riferito, e che da d. visita fin'all'vltima

10. Ad ardorem, quòd superuenit in parte læsa applicita medicamina octo dies ante eruptionem.

non sà, ne hà inteso dire, se li crebbe, ò diminuì il dolore.

Et interrogato, se il sonno sopr'aggiuntoli al tempo della sua sanatione fù per cessatione, ò mitigatione del dolore. Disse, non ricordarsi di ragione alcuna da poter dare à questa dimanda, solo, ch'intese dire, che s'addormentò con il Santo sopra il petto, e che quando questo Testimonio vidde aperta la piaga, li disse l'Inferma, non tener più dolore.

Et interrogato, di che qualità era la materia, che vscì dal Tumore, quando crepò, & in che quantità. Rispose, che non la vidde, bensì li pare hauer'inteso dire nella detta vltima visita, che fù nella detta casa dell'Inferma, essere come acqua detta materia; parendoli, che rispetto alla grandezza del tumore, saria molta la quantità.

Patitur vlteriùs hæc depositio Medici alium grauissimum defectum, & est ferè imperceptibile, quomodò potuerit tàm infulsè deponere, dùm *num.* 1. loquens de Infirma, dicit: *La quale de quattro anni, e mezzo fà incirca, chiamò questo Testimonio à sua Casa, & hauendolo visitata, riconobbe vn tumore nella Zinna sinistra assai negro &c., e nella relatione, che gli fece detta Inferma, gli disse hauerlo patito, anche prima di essere stata veduta da questo Testimonio da cinque, ò sei mesi &c.*; Cùm igitur idem Medicus examinatus fuerit die 12. Nouembris 1685., vt patet ex Tabella data in Dubio validitatis *Summario num.* 7. *pag.* 19. verificabilis non esset prima visitatio facta per eundem Medicum *quattro anni, e mezzo fà in circa*, nisi in anno 1681. de quo tempore iam per triennium sequuta fuerat asserta sanatio, quæ contigit anno 1678.

Alia quoque adnotari potest contradictio inter eandem Infirmam, & Fratrem, dum illa *num.* 26. dicit à quindecim annis initium habuisse morbum: hic verò *num.* 50. deponit de septennio; & cum eo concordat Brigitta Ruiz LVI. Testis *num.* 92.

Con-

Conſiderabam etiam in dicta præterita Poſitione, quod præfatus Medicus Bohoyos XIII. Teſtis, deſcribendo morbum, in hæc verba: *Il qual tumore ſi chiama Scirro alias Zaratan non ulcerato*, diſcrepabat ab omnibus alijs Teſtibus, deponentibus de Cancro ex eiuſdem Medici, & Chirurgi aſſertione, & ſignantèr ab ipſa Infirma LIII. Teſte *num.*17., ibi: *Mediante il tumore, & altri ſegni, che viddero li Medici, riconobbero ch'era Canchero*, nec non à Fratre ipſius LIV. Teſte *num.*52. deponente ex relatione ipſius Bohoyos, quod: *La detta ſua Sorella arriuò à ſtare di detta Infermità, che diceuano eſſer Canchero molto male, & inteſe dire dal Medico, che la curaua, che gli pare, che ſi chiamaua il Dottore Bohoyos &c. che non vi era altro rimedio, che quello di Dio, e che già era molto creſciuto il detto Canchero, e che morirebbe molto in breue &c.* Pariter Teſtis LV. idem dicit *num.*71., & ex dicto Chirurgi LVI. *num.*99.

Verùm quia Poſtulatores ſub fundamento plurium errorum, qui irrepſerant in traductione, obtinuerunt nouam audientiam, & facta coram me diligenti collatione Proceſſus originalis Hiſpani cum Interpretatione, compertum fuit verbum *Scirro* gratis à Traductore fuiſſe appoſitum, ex quo nullatenùs à præfato Medico in ſua depoſitione de illo fit mentio; & propterea fuit à Reuiſore deletum: ipſumque verbum *Zaratan* mutauit in *Cancrum* ſub eo fundamento, quod iuxtà ſuam propriam indolem hoc ſignificet, prout ipſemet Traductor ità dictum verbum *Zaratan* intellexerat, & explicauerat in alijs depoſitionibus, vt eſt dictum: Contradictio inter depoſitionem Medici, & aliorum Teſtium in hac parte ceſſat.

Remanet tamen examinanda Releuantia, contra quam vrgere poteſt, quod cum omnes Teſtes, qui de hoc morbo deponunt, in Proceſſu originali Hiſpano vtantur eodem verbo *Zaratan*, & dictus Medicus Bohoyos addat qualitatem *non vlcerado*, dubitari poteſt an idem morbus eſſet ſua natura incurabilis, dicente ipſo Medico *num.*3., quod: *Era quaſi incurabile*, & Ludouicus Mercatus, quem adduxi in præteritis Animaduerſionibus, *lib.*1. *de Mulier. affection. cap.*17. §. *Ea mammarum durities*, loquens de ſimili tumore, dicit: *Erit igitur (ne longiùs abeam) hæc tumorum ſpecies media quædam durities inter Scirrhum, & Cancrum, vel (vt rectiùs loquar) durities quædam Scirrhea, ſiuè alterius ſpeciei ex ijs, quas diximus, mammis peculiariter poſſe accidere, quæ in Cancrum migrare tentat. Itàque cum durities aliqua Cancri naturam iam iam adipiſcitur, antequam ex toto in ipſum commigret, hæc quidem verè nomen ſortitur eorum tumorum, quos Zaratanes appellamus, itaùt mediam Cancrorum, & reliquorum (qui duri ſunt) tumorum naturam adipiſcantur.* Et poſt ipſum idem tenent Roderic. à Caſtro *de morb. Mulier. lib.*1. *cap.*21., & Raymund. Ioann. Fort. *conſult. Medic. tom.*2. *centur.*2. *conſult.*44. *in princ.*

Hos autem tumores remediorum ope ſanari poſſe probatur auctoritate Galeni, 2. *ad Glauc.*, & ex Hiſtoria curationis mulieris, à Cancro annua purgatione liberatæ, quam refert Zaccut. *lib.*2. *Hiſtor. Medic. princip. Hiſtor.* 28.; Atque inter adhibita remedia conſiderari poteſt vſus laminæ plumbeæ ſummoperè laudatæ ab eodem Ludouico Mercato *verſ. Erit igitur pag.*532. *in princip.*, ibi:

Sed

Sed mirabili quadam efficacia creditur repellere, & acrem calorem compescere lamina plumbea crebris foraminibus excauata, quam à Galeno 9. simpl. summoperè commendatam esse legimus; quod repetit Roderic. à Castro *dict. cap.21. pag.136. circa med.*, ibi: *Sed mirabilis est efficaciæ lamina plumbea crebris foraminibus peruia, vt Auctor Galen.9. simplic.*

Conferre quoque potuit ad salutem naturalitèr obtinendam operatio Chirurgica exscindendi, & radicitus euellendi hunc tumorem, quod felicitèr euenire posse monet idem Mercat. *cit. vers. Vt igitur pag.529. in fin.*, & Roderic. à Castro *dicto cap.21. vers. differt. in princ.*, & *vers.6. reliquis*. Immò etiam dici posset, quod operatio huiusmodi, licèt ageretur de Cancro perfecto, & si periculi, & doloris plena reputetur, si tamen felicitèr eueniat, proùt euenit in casu nostro, Sanatio Miraculo non sit adscribenda, proùt similem Cancri curationem narrat fecisse Ioann. Scultet. *in Armamentar. Chirurgic. obseru.52.* cui titulo: *Cancer mammillæ exulceratus scalpello abscissus.*

P. Bottinius Archiepiscopus Myren. Fidei Promotor.

RESPONSIO FACTI, ET IVRIS

AD OBIECTA PRÆLIMINARIA

A N I M A D V E R S I O N V M

Reuerendifs. Fidei Promotoris.

ANtequam descendamus ad particularem discussionem Miraculorum, respondere oportet præliminari assumpto Reuerendiss. Promotoris in Exordio ad suas Animaduersiones deducto, quod nempè in hac materia Miraculorum requirantur probationes certissimæ, & omninò concludentes, ac luce meridiana clariores, ex *Card. Lauræa in 3. Sentent. tom.4. dispat.20. de Miracul. artic.25. §.5. num.*143. & *Pasqualig. ad Lauret. de Franch. controu. lib.1. quæst.4. num.*185. *pag.* 333. *cum duobus seqq.* Dicimus enim huiusmodi assumptum nihil obstare in hac Causa, vbi habemus probationes omninò limpidas, & concludentes in quolibet Miraculo, vt inferiùs dilucidè patebit.

Cæterùm, vbi etiam esset opus inquirere super viribus præallegati assumpti, illud in casu nostro applicari non posset; agitur enim de Viro iam Beatificato adiuncta insuper declaratione = *posse ad solemnem eiusdem Canonizationem tutò deueniri* = Vndè Miracula ista, quæ superuenerunt post indultam Beatificationem, tendunt potius ad corroborationem iam approbatæ Sanctitatis, & receptæ Canonizationis, quàm ad eius substantiam ex integro formandam; quippè in summa hæc vocatur simplex prosecutio Miraculorum, quæ per Sedem Apostolicam solùm desideratur, vt magis, & euidentius certificetur de Sanctitate Viri canonizandi, vt aduertit *Angel. Rocc. de Canoniz. cap.*31. quem refert *Pignatell. consultat. Canonic.* 19. *num.*3. *tom.*5. *Matt. de Canonizat. Sanctorum par.*1. *cap.*2. *num.*17.

Hinc proinde sequitur, vt huiusmodi Miracula non sint rigorosè probanda, & censuranda, quoniam talis rigor sit necessarius in eo dumtaxat, qui nondum est Beatificatus, vbi subesse valet periculum deceptionis, nè callidi Homines larua Sanctitatis viam sibi sternant ad Aras, in quibus terminis procedit assumptum Reuerendissimi Promotoris, & ità intelligendi sunt *Cardinalis de Lauræa*, & *Pasqualig. vbi supra*, secus verò, quoties præcessit discussio rigorosa super Virtutibus, & Miraculis, eiusque vigore deuentum fuit ad Beatificationem, & insuper declaratum, quod possit quandocumque tutò deueniri ad solemnem Canonizationem, hoc enim casu cessat periculum deceptionis, & Miracula solùm adducuntur ad magis certificandam Sedem Apostolicam de Sanctitate Canonizandi, quæ propterea relaxato rigore benignius accipienda, & examinanda veniunt tamquam emanata in sequelam antecedentium, & ad magis instruendum Iudicium Sedis Apostolicæ, vt distinguit *Castellin. de certitud. Glor. Sanctor. pag.*69. *num.*9. §.1., vbi relata necessitate rigorosi examinis pro Canonizatione limitat, ibi = *Nisi ante Beatificationem, siuè ad*

effectum Beatificationis fuerint iam adhibitæ diligentiæ necessariæ auctoritate Apostolica.

Iuridica huius distinctionis ratio deducitur *ex Rota in Relatione Beati Andreæ Corsini impressa post Lezzan. consultat. 1. num. 201. in fine*, quia nempè, quando iam præcesserunt Miracula pro Beatificatione clarè probata, tunc faciliùs creduntur, & admittuntur frequentia, ex regula, quod faciliùs factum creditur, quod sæpissimè factum fuit, ibi = *Et si alia Miracula eiusdem inuocati, fuerunt clarè probata, faciliùs admittitur & hoc fuisse Miraculum arguendo à consuetis* = Et omissis generalibus in specie distinguendo inter Miracula Viri nondum Beatificati, quod ista sint rigorosè probanda, & inter ea, quæ à Beatificato processerunt, quod sint mitigato rigore accipienda, vltrà *Castellin. vbi supra*, scripserunt etiam *Matt. de Canonizat. Sanctor. part. 4. cap. 20. num. 4. & 5. Pasqualig. exaduerso à Reuerendiss. Promotore allegatus ad Lauret. de Franeb. lib. 1. quæst. 4. Tit. de Cultu erga non Canoniz. numer. 1184. Rosa de execut. litter. pro Canonizat. cap. Vnico num. 192.*

Quod adeò verissimum est, vt in hac materia Canonizationum sæpissimè reiectæ fuerint aliquæ exceptiones contra Testes, ex superius relato principio, quòd tali casu minimè requiritur probatio rigorosa, & plenissima, nec propterea necessarium est Testes esse omni exceptione carentes, vt legere est *in Relationi Beati Andreæ Corsini apud Lezzan. vbi supra num. 233. & seqq., & in alia Relatione S. Hiacynthi fol. 48. §. Sed leuem*, vbi fuerunt saluati Testes, qui non concordabant de anno Miraculi, & in *Relatione Sanctæ Franciscæ*, vbi non concordabant de verbis dictis à Canonixando, vt videre est *part. 3. artic. 2. Miracul. 4., & par. 1. artic. 6. vers. nec obstare diximus*, & in alijs casibus recensitis apud *Lezz. d. consultat. 1. num. 234.*

Vndè *Rot. in memorata Relatione Sancti Hiacynthi §. Circumstantiæ* elegantissimè dixit, quod = *quædam Nebulæ difficultatum, vt illustriora Miracula remaneant, tolerandæ videntur* = nihil enim inter homines sic est indubitatum, vt non possit suscipere aliquam sollicitam dubitationem, vt ait Imperator *in Authent. de Tabell. cap. 1. §. 3.*, & loquendo in specie de non criticandis adeò subtilitèr probationibus in hac materia aduertit *Pignatell. consultat. Canon. Tom. 10. consultat. 177. num. 38.* quæ Theorica licet non procedat in viro nondum Beatificato, vbi probationes esse debent in gradu superlatiuo, procedit tamen de plano post indultam Beatificationem, in qua iam Miracula fuerunt ità plenissime, & rigorosè probata, vt sufficientia existimentur etiam ad consequendam ipsam Canonizationem, prout dictum fuit in Breui san. mem. Clementis X. ibi = *Posse ad solemnem Canonizationem tutò deueniri* = quamobrem ea, quæ superueniunt, vti inseruientia ad maiorem Sanctitatis certificationem, & ad abundantiorem cautelam non sunt obnoxia rigori subtilium, & limpidissimarum probationum ex superius allegatis.

Quæ dicta sint ex abundanti pro vberiori responsione ad præliminarem regulam firmatam in Animaduersionibus Reuerendissimi Promotoris, quià cæteroquin, vt dictum est, Miracula, quæ præsenti discussioni subijciuntur, sunt manifestissima, & talia, tam in probatione, quam in pondere, vt quanto plus declinari prætendantur ad naturam, tanto magis supra Naturam extollantur.

RESPONSIO FACTI, ET IVRIS.

AD ANIMAVERSIONES.

Reuerendiss: Promotoris.

Super primo Miraculo aliàs Tertio.

HVic egregio Miraculo opponit primò Reuerendissimus Promotor, circà probationem, quod omissum fuerit examen plurium Medicorum, & Chirurgorum, qui ægram curarunt, & solùm examinatus fuerit Medicus Bòhòyos, & insuper quod duo ex dictis Medicis nempè Bernabè, & Solanus licèt examinati super alijs Miraculis, de hoc tamen nihil deposuerint, vndè infert non leuem suspicionem oriri contra veritatem Facti.

At facilis est responsio, quia Medicus Tobar de tempore examinis erat mortuus *Summar. num.* 113. & pariter Ioannes de Aguilar. Chirurgus obierat *num.* 11. Cæteri verò præsumuntur fuisse absentes ab Vrbe Montiliæ ex pluribus; Primo quia nullus ex Testibus examinatis eos vocauit in contestes prout verisimilitèr vocasset, si ibi extitissent; Secundò quia Subpromotores ad conficiendum Processum deputati induxerunt ex Officio 24. Testes datos *Summ. Positionis super validitate pagin.* 29. vndè si prædicti Medici, & Chirurgi præstò fuissent Montiliæ, vtique eos induxissent; & Tertiò quia illorum absentiam suadet qualitas Professionis, cuius conditio est, vt Medici, & Chirurghi inuitentur ad varia loca pro faciendis Curis; quæ coniecturæ simul iunctæ concludunt absentiam verisimilem ab Vrbe Montiliæ quando tamen non est nobis necessarium probare eorum absentiam, sed cum ratio suspicionis per Reuerendissimum Promotorem deductæ fundetùr in præsentia Testium, quorum examen supponit omissum, ea debet ab allegante probari, vt exinde nascatur prætensa suspicio *Crauett. consil.* 50. *num.* 12. *Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 19. *num.* 16. *Corneus consil.* 46. *num.* 16. *lib.* 2. Nam aliàs admitteretur præsumptio præsumptionis nempe præsumenda foret præsentia, & ex præsentia suspicio, contra regulam *Text. in l.* 1. *C. de Dotis promiss. Ruin. consil.* 90. *circa finem lib.* 1. *Rota coram Coccino dec.* 736. *num.* 7., *& coram Gregor. decis.* 199. *num.* 3., *& coram Merlin. decis.* 569. *num.* 2., *&* 3.

Sic etiam non obstat, quod Medici Bernabè, & Solanus, qui erant præsentes Montiliæ, & super alijs Miraculis Testimonium præbuerunt, nihil deposuerint super isto, quia cum ipsis non fuerit articulatum hoc Miraculum, nihil propterea deponere potuerunt super eo, in quo non fuerunt interrogati, & vlterius credibile est fuisse omissum eorum Testimonium in hoc Miraculo, ex defectu plenæ notitię huius Morbi septennalis, ex quo Infirma erat pauperrima Mulier, & semel tantum vocabat aliquem Medicum, eique ostendebat Cancrum, quod patet ex eo, quod Medicus frequentiùs vocatus, fuit Bohoyos, qui adhuc toto septennio duratio-

tionis Morbi per tres tantùm vices obseruauit Tumorem, *vt n.5.* Ideoque meritò potuerunt omitti memorati Bernabè, & Solanus tanquam semel tantùm, & per transennam vocati ab Infirma, & sic nullatenùs informati de tota serie facti, & multò minus de Miraculo, in cuius successu, ex depositione Infirmæ non constat eos fuisse inuitatos; & fortiùs crescit hæc consideratio, dum ipsi Subpromotores, qui induxerunt viginti quatuor Testes, adhuc omiserunt huiusmodi duos Medicos, signum euidens, quod isti neutri Parti suffragari poterant ex defectu notitiæ necessariæ, scilicet neque Parti Postulatorum, neque Subpromotorum, & in summa sufficit Nobis quælibet possibilitas contraria ad excludendam prætensam suspicionem, quæ nunquam est allegabilis, vbi aliqua coniectura in oppositum excogitari potest, ad regulam *Text.in l.merito ff. pro Socio*, latè *Parisf. de resignat. lib.14. quæst.7. num.55.*, *& seqq. Menoch. præsumpt.3. n.35.*, *& 36. lib.5. Rot. cor. Coccin. decis.2273. n.5.*, *& coram Bich. decis.202. n.3.*, *& coram Merlin. decis.589. n.8.*, *& in Comen. Parochialis 16. Ianuarij 1690. S. Et sanè cor. R.P.D. Caprara.*

Secundò, Reuerendissimus Promotor obijcit discrepantiam inter Infirmam, & Medicum Bohoyos, dum illa affirmat *num.16.*, *& 17.* quod per quinque annos gestauerit super Mamilla Laminam plumbeam ponderis dimidiæ libræ ex ordinatione ipsius Medici, de qua ipse nullam mentionem facit. Sed hæc omissio referendi hanc circumstantiam tribui debet obliuioni, cum enim gestatio Laminæ plumbeæ contigerit in quinque primis annis infirmitatis, & ab initio morbi ad tempus examinis lapsi fuerint quindecim anni, vt refert ipsa Infirma in principio suæ Depositionis *num.16.* à tali ordinatione Medici tantùm quoque tempus effluxisse asserendum est, quod exuberat ad præsumptionem obliuionis eliciendam, cum ad hoc regulariter sufficiat lapsus decennij, *Alex. consil.156. num.13. lib.5. Antonell. de Tempore legali lib.1. cap.51. num.1.*, *& cap.16. num.6. de Luca de Feud. discurs.194. num.7. Rota coram Gregor. decis.194 num.7.*, *& in Recent. decis.501. num.5. part.14.* Eaque faciliùs est in Medico præsumenda, si agatur de vnica ordinatione; Cum enim quotidiè plurimas faciat secundum morborum, & curationum indigentiam, ferè impossibile est, quod post lapsum tanti temporis memoriam conseruet remotissimæ ordinationis, vt in specie *Menoch. lib.6. præsumpt.32. num.1. Larr. alleg. Fiscal.92. num.18. Trobat. de effect. immemor. quæst.1. num.3.* Et præsertim cum iste Medicus valdè neglexerit curam huius Infirmæ ob magnam illius paupertatem, eiusque vulgarem conditionem, ob quam paucis vicibus illam Domi suę inuisit, vt ingenuè quidem, sed non laudabiliter fatetur *num.4.* Vndè quoque verisimilis redditur obliuio huius remotissimæ circumstantiæ, quam Medicus narrare omisit, professus tantùm recensere ea, quorum memoriam habebat *num.15.* ibi = *E questo dice esser quello, che a suo parere può dire, e si ricorda intorno à questo successo* = Cumque Laminæ plumbeæ gestatio in nullum influat ex substantialibus extremis miraculosæ sanationis, non erat de necessitate referenda, nec illius omissio probationem imminuit, quia sufficit depositio concordis in substantialibus, vt in puncto *Pignatell. consult.34. n.3. in fine tom.5.*, *& consult.187. num.3. tom.10. Rota apud Lezzan. consult.1. num.234.*

Tertiò

Tertiò, considerat discrepantiam inter eamdem Infirmam, & Medicum, ex quo hæc narret Cancrum à Chirurgo extractum à Medicis inspectum fuisse admiratione correptis ob eius figuram, & maximum Miraculum, quàm Cancri extracti visionem narrare omisit Medicus, asserendo quod post illius exulcerationem curam dimisit ad Chirurgum pertinentem, nec de reditu post chirurgicam operationem vllo modo testatur. Sed hæc quoque facillimè componitur, aduertendo, quod Sanata non deponit, Medicum Bohoyos illum vidisse, sed Medicos in generali *num.*44. ibi = *Stette doppo così sei giorni, ne i quali lo viddero li Medici ammirandosi della sua figura, e del grandissimo Miracolo*. Quæ generalis assertio de inspectione Medicorum verificari potest de alijs Medicis, qui Cancrum viderint, & ideò non concludit, quod inter eos fuerit Medicus Bohoyos *l. neque natales Cod. de probat. l. non hoc C. vndè legitimi, cap.2. de translat. Episcop. Rot. coram Coccin. dec.*68. *n.*19.

Quartò, opponit aliam contradictionem inter Medicum, & Fratrem sanatæ, dum hic inter alia remedia adhibita commemorat sanguinis emissionem *num.*67. de qua nullam mentionem ille facit. Sed cum circa illam Frater deponat de auditu vago, vt ostendunt verba per Reuerendissimum Promotorem relata, ibi = *Si ricorda bensì d'hauere inteso dire, che gli cauorno sangue* = nec illam referat Infirma, quæ Contestis est cum Medico, & alijs Testibus eam non recensentibus, attendi non debet illius assertio ad collidendas depositiones Testium certitudinaliter deponentium, vt in specie *Rot. decis.*538. *n.*26. *&* 27. *par.*18. *tom.*2. *recent. Hended. consf.*4. *n.*72. *& seq. lib.*2. *Thobias Nonius cons.*24. *n.*24. *& seqq.*

Quintò, opponit aliam discrepantiam inter Testes, & Medicum Bohoyos circà tempus suæ vocationis ad visendum tumorem, seù Cancrum, dum tempore Examinis peracti de anno 1685. deponit, quod Infirma = *da quattr'anni, e mezzo fà in circa chiamò questo Testimonio à sua Casa, & hauendola visitata, riconobbe vn tumore nella Zinna sinistra assai negra* = vndè Reuerendissimus Promotor arguit, quod illa verba = *da quattr'anni, e mezzo in circa* = percutiant annum 1681., & sic tempus, quo iam Infirma erat sanata vsque de anno 1678.

Verùm, cùm alij Testes de tempore examinis anni 1685. concordent Morbum superuenisse Infirmæ per quindecim Annos antè circitèr, vt ex depositione eiusdem Infirmæ, *num.* 16. ibi = *Saranno* 15. *Anni con differenza di molti pochi giorni, che questa Testimonia cominciò à star male della Mammella sinistra &c.* necnon quinti Testis *num.*92. proinde verba illa, quæ habentur in depositione Medici = *quattr' anni, e mezzo fà in circa* = fuerunt erroneè scripta, aut malè audita per Notarium, qui loco ponendi *quattordici anni, e mezzo fà in circa* = posuit *quattr' anni, e mezzo fà in circa* = qui sanè error est clarus, dum computando quatuor annos, cum dimidio antè examen, Medicus percuteret annum 1681. quando de anno 1678. Infirma erat iam sanata mediante Miraculo, itaut de dicto anno 1681. non potuerit Medicus videre principium Tumoris; & posteà continuationem, & finem ex Miraculo habitum, nàm aliàs ducto principio Morbi ab Anno 1681. sequeretur absurda consequentia, quod Medicus deposuisset finem illius, seù Miraculum successisse de Anno 1688.,

dum

dum per septennium Morbus durauit, vt *Num.* 16. 50. 71. 92., & sic de tempore examinis anni 1685. deposuisset id, quod postea successisset de Anno 1688., quod est ineptia manifesta, & proinde errori Notarij adscribendum est, quod scripsit *quattr' anni, e mezzo fà in circa* loco scribendi *quattordici anni, e mezzo fà in circa*, cum hoc modo cesset omne absurdum, ex quo iunctis quinque, vel sex mensibus principij Morbi, antequam Medicus fuisset vocatus, vt ipse deposuit *num.* 2., ibi = *gli disse hauerlo patito anche prima d'esser stata veduta da questo Testimonio da cinque, ò sei mesi*; Ecce quod verificatur totus cursus quindecim annorum super quo alij Testes deponunt, vt in specie quod facienda veniat etiam suppletio verborum Testis, supplendo, prout hic verba illa *quattro, e mezzo* pro *quattordici, e mezzo*, ne alijs contradicat, & maximè, vbi constat de errore claro probat *Text. in l. penult. in fin. C. de his qui sibi adscrib. in Testamen.*, ibi = *Credo te magis errore &c. incidisse* = *& in cap. cum tu, de Testibus*, quem explicat *Farinacc. de Testib. q.* 65. *nu.* 48. *Greg. dec.* 344. *nu.* 13., *&* 14., *& in recent. dec.* 220. *num.* 13. *par.* 17., *& in Comen. Parochialis 16. Ian. 1690. §. Sanè coram R.P.D. Caprara.*

Quæ regula faciliùs intrat in huiusmodi Causis vbi proceditur de bono, & æquo saluando Testes quantum fieri potest, vt per *Rot. in Relation. Sancti Hyacinthi fol.* 48. *versic. sed leuem, & in relatione Beati Andreæ Corsini apud Lezzan. consult.* 1. *n.* 233., & præsertim quando super hoc puncto habemus integram, & perfectam probationem per alios Testes, vt subdit *Farinacc. vbi suprà num.* 85., & quando tempus non est de substantia quantum ad ipsum Medicum, cuius examen necessarium est pro iudicanda qualitate morbi, & extremis Miraculi subsecuti, in quibus cum ipse concordet cum alijs Testibus, error circa tempus vtpotè extra suum Officium non attenditur, vt in puncto Canonizationis *Pignatell. consultat.* 187. *num.* 3. *tom.* 10.

Et semper vrget Regula, quod error clarè probatus vitiatur, & non vitiat depositionem, cum non præiudicet veritati, quæ aliundè, ex alijs Testibus perfectè probatur *l. errore C. de Testamen.*, *& l.* 5. *C. de Iuris, & Facti ignor.*, & fortiùs quando verisimile est errorem processisse ab ipso Notario, qui minus scripsit, quàm Medicus dixit, seù non aduertendo, seù malè audiendo verba, cuius proindè omissio, & negligentia, non potest præiudicare probationi *l.* 2. *C. de error. Aduocat.*, *& l. si librarius ff. de regul. Iur. Roman. consf.* 170. *n.* 3. *Rot. decis.* 618. *nu.* 3. *par.* 3., *& decis.* 23. *num.* 6., *& decis.* 149. *n.* 19. *&* 20. *par.* 16. *rec.*, & in fortioribus terminis dictum fuit *in dec.* 229. *num.* 4., *& dec.* 339. *num.* 8. *par.* 18.

Sextò opponit contradictionem inter Infirmam, & Fratrem, dum ea *num.* 16. dicit à quindecim annis initium habuisse Morbum, ille verò *num.* 50. deponit de septennio, & cum eo concordat Brigita Ruiz 56. Testis *num.* 92.

Sed oppositio cessat distinguendo tempora, in quibus illi loquuntur, nam Infirma loquitur de initio morbi, à quo vsque ad tempus examinis anni 1685. effluxi erant quindecim anni circitèr, Frater verò deponit priùs de principio, & duratione Morbi dicendo *num.* 50., ibi = *Nel tempo di sette anni stette con vn tumore in vna Zinna* = postea verò deponit de extremitate eiusdem Morbi

iam

iam desperati ex quo Soror mori debebat, vt *num.*51. ibidem = *e sarà poco più di sett'anni, per quanto si può ricordare, che detta sua Sorella arriuò à stare di detta Infermità, che diceuano esser Cancro molto male &c. e che morirebbe in breue* = Vndè cum loquendo de initio, & duratione morbi frater numeret septem annos, & posteà loquendo de extremitate illius, dicat tempore examinis, eam successisse septem annis antè, vel paulò plus, vtique concludit tempus quindecim annorum ab initio Morbi, idemque concludit Brigita Ruiz *num.*92., vt de concordantia Testium ex distinctione temporis tradit *Farinacc. de Testib. qu.*165. *num.*64. *Alex. cons.*147. *n.*4. *ad fin. vers. prætereà lib.*7. *Rot. dec.*129. *num.*6., *& seqq. par.*2. *diuers.*

Sublatis exceptionibus circa probationem huius insignis Miraculi, ea per consequens remanet firma, ac perfecta per sex Testes nempè Medicum, Fratrem Infirmæ, ipsam Infirmam, duas fœminas, ac demum filiam eiusdem Infirmæ, quæ licet de tempore Miraculi esset *di cinque anni in circa*, vt ipsa dicit *num.* 105. Tamen eius Testimonium (quamuis haud necessarium, cum sufficiant duo soli Testes ad probationem *Contilor. de Canonizat. cap.*18. *num.*3. *Rosa de executor. litterar. pro Canoniz. num.*195. *Matta de Canoniz. part.*4. *cap.*17. *num.*2.) existimari debet optimum, ac æquale Testimonio aliorum, cum alij Testes vocent in Contestem dictam filiam Infirmæ eam enarrando capacem huius Miraculi, ex quo illa Imaginem Beati Solani procurauit emere pro sua Matre, vt obtineret ei salutem, cuius erat valdè anxia timore, ne, Matre defuncta, incideret in manus Nouercæ, vt *num.* 7. 24. 25. 26. 75., *&* 76., & consequenter cum agatur de re cadente sub sensu, & in qua ipsa Puella suam operam, & factum proprium interposuit, est idonea Testis licet impubes quinque annorum, immo magis ingenua, quàm Pubes iuxtà notabile dictum Senecæ *controuers. lib.*7. *cap.*5. ibi = *Nibil Puero Teste certiùs vtiquè quinquenni, nam, & ad eos peruenit annos, vt intelligat, & nondum ad eos, quibus fingat*, & in specie, quod Testimonium Impuberis probet in Materia cadente sub eius sensu, & intellectu scripserunt *Farinacc. de Testib. quæst.*58. *num.*58. 63., *&* 64. *Narbon. de ætat. Anno* 14. *quæst.*44. *num.*13. *Pignatell.* in terminis *tom.*10. *consultat.*187, *num.*11., & ad minus Testimonium Impuberis iungi potest cum alijs Testibus ad maiorem substantiam probationis, vt admisit *Rot. in Relatione S. Philippi Benitij tit. de validit., & probat.* §. *Cæterum. Pignatell. vbi proximè num.*10.

Transeamus ad releuantiam, contra quam Reuerendissimus Promotor opponit, quod cum omnes Testes, qui de hoc Morbo deponunt in Processu Originali Hispano vtantur verbo *Zaratan*, & Medicus Bohoyos addat qualitatem *non vlcerado* dubitari idcircò possit, an idem Morbus esset sua natura incurabilis dicente eodem Medico *num.* 3. quod = *era quasi incurabile* = quam dubitationem corroborat auctoritate *Ludouici Mercati lib.*1. *de Mulier. affection. cap.*17. §. *Ea Mammarum*, necnon *Roderici à Castro de Morb. Mulier. lib.*1. *cap.*21., *& Roym. Ioann. Fort. consult. Medic. tom.*2. *Cent.*2. *consult.*44. *in princ.*

Verum huiusmodi dubitatio totaliter euanescit, dum verbum *Zaratan*, quicquid sit, an in puncto Phisico differat à Cancro, hoc vnum

in... quod

quod Hispano idiomate communiter [illegible] pro-prium Cancrum ex auctoritate quamplurium [illegible] scriptorum, & præcipuè *Sebastian. de Couaruu. in Thesaur. lingu. Hispan. fol.123. in verb. Cancer. Didac. Ximenez. Arias in suo Dictionar. impress. Matriti anno 1575. fol.34. col.1. in fin. verb. Cancer. Hieronym. Victor. in Thesaur. trium Linguarum fol.114. col.1. verb. Cancer., & part.2. fol.59., & part.3. litt. G. Ant. Nebricens. in Diction. Lingu. Latin., & Hispan. fol.61. verb. Cancer. fol.64. verb. Carcinoma, & fol.744. verb. Zaratan, Christophor. de las Casas fol.46. verb. Conchero, & fol.364. verb. Zaratan, Laurent. Francisin. fol.674. verb. Cancer. Ambros. Calepin. fol.328. eodem verb., & fol.250. verb. Carcinoma, & Michael. de Hæredia disput.11. de Mulieb. Morb. cap.1.*

Et in terminis terminantibus practicatum fuit in Causa Canonizationis Beati Ioannis à Sancto Facundo, vbi fuit approbatum Miraculum sanationis Cancri nuncupati *Zaratan*, ex infallibili supposito quod idem significaret Hispano vocabulo, ac apud Nos *Cancrum*, vt infra *Summ. additionali Num.2. §.1. 2. 4. 8. & 13.*, & proindè meritò noster traductor in depositione Medici emendauit illud verbum *Zaratan* in verbum *Cancro*.

Vltrà probationem Cancri ex vocabulo habemus etiam omnia symptomata conuenientia soli Cancero relata per Medicum Bohoyos, & alios Testes, vt egregiè examinat Dominus Manfredus Medicus pro Causa scribens *§. Veri itaque cum seqq.*, necnon consultatio Domini Trullij ex Officio Scribentis *§. Quoad primum*, & consequenter dubitari ampliùs nequit de verò Cancro, tùm ratione vocabuli, tum eius Sympthomatum propriorum.

Cessat etiam dubitatio circà insanabilitatem huius Cancri, cum illud sit naturaliter incurabile, & deponunt Testes *num.22. 23. 53. 74. 94., & 106.*, non obstante dicto Medici Bohoyos asserentis *era quasi incurabile*, quippè huiusmodi verba protulit Medicus coram Infirma, & ad interrogationem illius quærentis = *Se terrebbe remedio*? vt in *num.2. & 3.* vndè responsio illa Medici *era quasi incurabile*, non fuit eius sententia determinatiua super curabilitate Morbi, sed prudens temperamentum respondendi Infirmæ cum illo verbo *quasi incurabile*, nè totaliter eam verteret in desperationem, quod temperamentum loquendi Medici habere debent in ingressu ad Infirmos etiamsi agatur de morbo desperato, vt monet *Ioann. Damascenus Aphoris.46.*, & optimè respondendo considerat Dominus Manfredus in Causa Scribens in suo Consulto §. *Controuertitur*, necnon Dominus Trullius §. *Hæc tamen in fine*.

Coeterum idem Medicus Bohoyos in eadem sua depositione, quando dedit iudicium super Morbo, indubitanter asseruit eum fuisse incurabilem, & sanationem fuisse Miraculosam, vt *num.7.*, ibi = *ammirato il Testimonio di questo successo, che à suo parere fù naturalmente impossibile d'arriuare alla suppuratione, & aprirsi*, & infra *num.13.*, ibi = *disse, che ebbe questa sanità per miracolosa per la grauezza del male* = & patet euidenter, ex quo Cancer post miraculosam tumoris ruptionem fuit visus oculariter, & de parte læsa extractus, & repertus magnitudinis vnius manus radicibus varicosis, & teterrimi coloris, vndè ampliùs dubitari non po-

 test

test de vero, ac proprio Cancro oculariter viso, & exposito censuræ Peritorum, qui ad eum videndum fuerunt vocati, vt in *num.4.*, & consequenter supposita qualitate veri Cancri frustrà dubitatur de curabilitate, vel incurabilitate, cùm Cancri sanatio in Mamilla sit naturaliter impossibilis, vt ex auctoritatibus in informatione relatis §. *Hoc insigne*, etiamsi Medicus Bohoyos eum vocauerit *Cancro non vlcerado*, cùm id expresserit ad significandumCancrum occultum,vt benè explicat D.Trullius *in suoConsulto* §. *Hac tamen*, qui Cancer occultus est deploratus, & incurabilis iuxtà celebre Hyppocratis *Aphoris.* 48. ibi: *Cancros occultos omnes melius est non curare, curati enim citiùs intereunt*, vbi Expositores illud verbum *occultos*, explicant *non vlceratos*, *Montan.consil.*188. *col.*471. *in prognostico*, & omissis alijs satisfaciunt in hoc puncto Phisico nostri Medici, nempè D. Trullius pro veritate, & D.Manfredus pro Causa scribens respondendo auctoritati *Roderici de Castro*, *& aliorum per Rmum Promotorem adductorum*, in qua parte ad eos recurrere oportet vti In Arte Peritos, vt in specie *Pignatell. consult.Can.*190. *num.*8. *tom.*10.

Superatis obiectis Animaduersionum, Reuerendissimi Promotoris minùs obstare valent quædam obiecta, quæ in præterita propositione fuerunt audita,& signanter obstare nequit insanabilitati huius Cancri casus historicè relatus per *Felicem Platerum obseruat.lib.2.in superfic.Corpor.dolor.pag.*524. cuius verba registrantur infra,*Summ. addit.num.*1.;Quippè non solùm ille Casus non aduersatur, sed mirabiliter retorquetur ex pluribus circumstantijs.

Primò,quià in casu*Plateri* rupto tumore sequenti die Febris illamVirginem inuasit,vt ibi *litt.A.*in casu nostro Mulier post ruptum tumorem fuit vacua omnis doloris,ac febris *num.*37.*&* 38.

Secundò,quòd post ruptum tumorem ferè per annum *Platerus* ait fuisse applicita Infirmæ plura medicamenta proportionata,tàm ad dolorem compescendum,quàm ad vlcus curandum,at semper sine vllo leuamento,*d.Summ.addit.num*:1.*litt.B.*in præsenti vlcus habens magnàm caultatem breui spatio nouem dierum fuit integrè sanatum, &illa cauitas repleta carne nullis adhibitis proportionatis medicamentis nisi linaminibus,siuè Turundis prima tantùm viceMelle rosaceo imbutis,& vlceri intromissis,*num.*42.45.86.89.*&* 99.

Tertiò,quià in casu *Plateri* non agebatur de vero Cancro,dum consistebat in figura oui Gallinacei,vt *d.Summ.addit.litt.C.*essentia autẽ morbi nostræ Infirmæ consistebat in veroCancro oculariter viso cũ omnibus suis circumstantijs,*nu.*41.59.60.85.97.98.*&*99.

Quartò,quòd ex incisione d.ouiGallinacei patiens sensit grauissimum dolorem *eod.Summ.addit. num.*1.*litt.D.* In casu nostro nullus dolor successit *num.*11.38.39.40.59.83.84.*&* 97.

Quintò, quia in casu *Plateri* non fuit Virgo sanata per ruptionem tumoris,sed posteà illi superuenit tumor in dextero Crure, doluitque per duodecim septimanas,quinimmò in eius Mamilla remansit vulnus instar Pisi saniem scatens,*d.num.*1.*litt.E.*,& quod peius est post elapsum ferè annum repullularunt duo pessimi tumores longè maioris magnitudinis,ac esset primus,à quibus ità oppressa remansit Virgo,vt deficientibus viribus properauerit ad mortem,vt *litt.F.*ibi: *Dum hæc scribo paulatim ei vires deficiunt,quòd mortis breui subsecuturæ indicium*; & consequenter ille casus toto Cœlo distat à præsenti, vbi Mulier post ruptum tumorem integrè salutem recupe-

ra-

rauit, non habendo ampliùs Infirmitatem, adeoùt post septem annos Incolumis, & perfectissimè sana, se exposuerit ad Examen, *num.16.& 46.*

Quamobrèm casus *Plateri* magis confirmat veritatem nostri Miraculi, dùm loquendo per modum erronei suppositi, quando etiam ruptio tumoris in nostra Infirmà potuisset dici naturalis (quod est impossibile, dùm successit contra IndolemMedicamentorum adhibitorum, vt testatur Medicus *num.* 13., ac contra Indolem veri Cancri, qualis non erat ille *Plateri*) adhùc secundùm naturam debuissent pernecesse eidem superuenire alij peiores rumores, & citiùs properare ad mortem iuxtà casum *Plateri*, vt est communis sententia Medicorum, signanter *Auicen.lib.4. tract.2.cap.16.pag.*131. ibi: *Medicus quidam incisit Mamillam cancerosam, & cancerata est altera. Ludouic.Mercat.de Mulier.affectiou.lib.1.cap.17.pag.mihi* 534. §. *Cùm hoc tamen*, ibi: *Mihi alienum à ratione semper visum fuit Chirurgica operatione Carcinoma quoduis extrahere, tùm quià ex toto eradices non subindè Corpus sanabis; Reuertitur enim non multò post; Tùm quia periculum est, aut Corpus deinceps in grauius aliquod malum prorumpere, aut in affecta parte vlcus insanabile superesse. Senert.in prax. Medic.tom.3.lib.5.par.1.cap.20.prognostic.6.*, vbi dicit se obseruasse -- *quãuis excisi, & aliquando curati fuerint Cancri in exterioribus eosdem postcà rediisse in eadem, vel etiam in alijs partibus, vt Cancro in Mammis curato, aliud in vtero subortum fuisse -- Io:Fort. Consultat. Medic. tom.1.Ceut.4.consul* 85.*vers.Considerandum, Montan.cons.*188.*col.*472 *litt.C., Aquapendent.lib.1.cap.22.pag.mihi* 218. §.*Vltimo quod*, vndè meritò *Albucasis tract.2.cap.*53.*de Cur.Cancri*, ingenuè fatetur Incurabilitatem huius morbi dicendo: *Ego enim non potui sanare ex eo aliquem, neque vidi alium ante me, qui peruenerit ad illud*, necnon ipse *Platerus vbi supra pag.antecedenti* 524. §.*Cancer in Mamillis* ità concludit *quamplurimos tumores eiusmodi in fœminis vidi, verum Cancrum exprimentes tàm integros* (hoc est non vlceratos) *quàm posteà exulceratos &c. diù excruciantes, atque etsi radicitùs in aliquibus ad Costas vsque amputarentur, rursum repullulantes, tandemque mortem afferentes.*

Cùm ergò in præsenti nostra Infirma post ruptum tumorem integrè conualuerit, exindè edocemur, quòd illa tumoris ruptio numquàm potuit esse naturalis, quia si fuisset naturalis, statim repullulassent peiores tumores, dùm ergò non repullulauit aliqua Infirmitas, probatio manifestissima insurgit, quòd tumor fuit miraculosè ruptus, maximè quia Medicamenta præcedenter adhibita erant contraria suppurationi; fuit etiam miraculosa cessatio doloris post applicitam Imaginem Beati; miraculosa extractioCancri sine dolore, & sanguine, & demum miraculosa repletio Carnis in concauitate adeò prægrandi spatio nouem dierum sine vllo Medicæ Artis auxilio, nisi per intromissionem octo turundarum semel tantùm imbutarum Melle rosaceo, vndè ista sanatio in qualibet parte miraculum insigne demonstrat, & vt ita dicamus sub vno miraculò quadruplicatum Miraculum continetur, quod proinde canonizari nequit equiuòco titulo *Operis mirabilis*, sed certo vocabulo *Miraculi*, quia ruptio tumoris quando datur per naturam iuxtà casum *Plateri*, datur cum peiori repullulatione alterius tumoris, & sic cum fœnore Morbi, datur cum dolore, datur cum febri, datur cum morte exindè breuiùs succedente, at quando hęc omnia cessant, & integra sanatio re-

cuperatur, ruptio illa tumoris spontanea, numquàm dici potest naturalis, sed miraculosa tanquàm repugnante tota natura creata, quę non est capax expellendi Cancrum ictu oculi per voluntariam ruptionem, & suppurationem (dùm aliàs Morbus Cancri esset de leuissimis malis de Mundo, si hæc facilitas naturalis reperiretur) Miracula enim probationem non admittunt directam, sed solùm indirectam, & sic quando videmus aliquid, quod ad principia naturalia reduci non potest, indirectè, & per consequens Miraculum reputatur, *Archidiacon. in Can. Non mirùm num. 6. 20. quæst. 5., Bellamerr. ibidem num. 3. vers. Sed dice, quòd Monach. in cap. 1. num. 12. & 13., Gemin. num. 8. de confess. in 6., Castellin. de Canoniz. Sanctor. quæst. 7. in princip., Lezan. tom. 4. consult. 1. num. 224.*

Et passim huiusmodi sanationes Cancrorum fuerunt semper approbatæ pro miraculosis, vt signanter habemus punctualissimum exemplum in Canonizatione B. Ioannis à S. Facundo, vbi fuit approbata pró Miraculo sanatio Cancri sub nomine *Zaratan*, quo laborabat Elisabetta Gomez in sinistra Mamilla dumtaxat per annum cum dimidio, vt ex Decreto Canonizationis, & particula Positionis, de quibus infrà *Summ. addit. num. 2.*, & pariter habemus aliud exemplum in Canonizatione B. Laurentij Iustiniani, vbi fuit approbata sanatio Cancri, quo vexabatur Marina Grita, & super que scripsit *Zacch. quæst. Medicolegal. consf. 8.*, vt ex Positione, & decreto infra *Summ addit. num. 3.*

Quæ duo exempla sunt punctualissima, immò in terminis longè debilioribus tàm circà probationes, dùm in Causa S. Laurentij Iustiniani Miraculum erat probatum ex quinque Testibus, tribus Fœminis, & duobus Viris, & omnibus quasi de auditu; In præsenti autem habemus sex Testes omnes de Visu, quàm etiam respectu circumstantiarum, dùm istæ in casu nostro sunt fortiores, non solùm, quia in Causa S. Ioannis à S. Facundo agebatur de Cancro vnius tantum anni cum dimidio, & in Causa S. Laurentij Iustiniani de Cancro improprio, seù quodam tumore paucorum dierum, in casu autem nostro agebatur de vero Cancro per septem integros annos radicato.

Sed etiam quia in supradictis Causis deficiebant tot releuantissimæ circumstantiæ ad euidentiam ostendentes Miraculum Sanationis, quas circumstantias supra cumulauimus in Informatione §. *Et primo cum seqq.*

Ex quibus omnibus firmiter credimus nullam inesse difficultatem super approbatione huius Miraculi, quod meritò fuit cum plausu receptum in præterita Congregatione 12. Aprilis 1712. & in præsenti idem obtinendum speratur.

Franciscus Maria Pironius)
Thomas Montecatinus) Aduoc.
Frigdianus Castagnorius è Colleg.
Patron. Caus. S. P. Ap.

SVM-

SVMMARIVM ADDITIONALE

Tumor in Mamilla immensus, scirrhosus, cancrosus, è quo illuies magna quantitate effluxit, tophi insuper exempti sunt.

Num. 1.

Casus recensitus per Felicem Platerum med. obseruat. impress. Basileæ an. 1641 lib. 2. pag. 530. tit. in superfic. Corpor. dolor.

VIrgo quædam Nobilis annorum quatuordecim labrum quoddam satis capax, linteis leuandis destinatum, summa vi impellens, sensit rupturæ cuiusdam quasi sonum, circa costam sinistram propè papillam, ac si os eó nisu confractum esset, ex eoque perterrita abiens nemini casum hunc, quem trudendo labrum fuerat perpessa, indicauit. Successu postmodum temporis, primo anno, quando Mamillam manu fortiter comprimebat, animadnertit tuberculum exiguum lentis instar costæ, quæ fracta fuerat, nuncque rursum innatum esse, illudque paulatim sine vllo tamen incommodo, aut dolore, ita sensim augere deprehendit, vt primo semestri iam pisum adæquarit, anno elapso, ad auellanæ magnitudinem peruenerit: Secundo anno instar globuli Lusorij apparuit; Tertio, castaneam magnitudine superauit: Quarto nucem iuglandem: Quinto popum pomum excessit: Sexto anno excreuit ad oui Gallinacei magnitudinem, quod adeò firmiter costæ inhærebat, vt nullam in partem, ne vi quidem moueri potuerit, & licet longo tempore Cataplasmate ex radice Bryoniæ, & folijs Hyoscyami cum Aceto formato, necnon emplastro Oxycroceo, atque Meliloto vsa esset, nihil tamen vtilitatis indè percepit, imò sensim augebatur absque alio incommodo, quam quod interdum leuiores quasdam tuberculi punctiones sentiebat. Septimò ab hinc anno ætatis 26., morbi duodecimo adeò frequenter catharris supra pectus molestabatur; vt cum Monialis facta esset, à cantionibus ordinarijs abesse, easque intermittere cogeretur. Febre subsequuta tota Mamilla sinistra ei admodum intumuit, & rubuit, sequentique anno paulatim ita creuit affecta Mamilla, vt mediocri modio tumor vix contineri potuerit, tandemq; 28. Octobris anno morbi 14. ætatis 28. inferior pars Mamillæ sinistræ sponte fuit aperta, exindèque primò effluxit albuminis oui instar albus viscosus, tenax, actu frigidus humor, quantitate mensuræ vnius, quem subsequutus est humor actu calidissimus, lucidus flauus, instar succi Cydoniorum recenter expressi, maxima copia circiter viginti mensurarum, cui quandoque sanguinis atri grumæ permixtæ erant, quæ per vices emanare solebant. *Sequenti die febris illam inuasit cum summo tumoris dolore*, hinc cępit rursum per idem foramen effluere, primò materia fæculenta, mox sanguis nigerrimus attramenti instar, cum fœtore, circiter mensuras duas, quibus sym-

A

symptomatibus mensium fluxus copiosissimus accessit, tumorque illa euacuatione subsidens, dimidia ferè parte fuit diminutus; tribus in locis durus erat, lapidis instar, propendebat deorsum, magni Melonis rotundi figura, hinc indè venis turgidis amplis erat conspersus, totam Mamillam sinistram occupabat, papilla sana manente, & longè à loco naturali deorsim vergente, colore liuido, & aliquibus in locis rubro, inæqualiter rugosus, ob exinanita loca prominebat subtus per foramen spontè apertum sanies seri instar, necnon pus, quoties præmebatur, effluebant, sicut & duo tophi per foramen exempti sunt, & adhuc tophum costæ adnatum subesse immisso instrumento deprehendebatur, ab eoque tempore, quo tumor fuit apertus, minus quam prius doluit. Et

B licet *multis potionibus vulnerarijs, iniectionibus, vnguentis, oleis, cataplasmatibus, fumis, alijsque infinitis medicamentis per integrum ferè annum fuisset vsa, tàm ad dolorem compescendum, quàm vlcus curandum, nihil tamen omninò profecit*: imò tumor magis, magisque creuit, inferiusque foramen (per quod vltra mensuras sexaginta puris, & sanguinis nigri, atque seri, successu temporis effluxerunt) adeò fuit dilatatum, vt tres digitos admitteret. Tandemque superiori foramine inferiori exaduerso respondente, quod Chirurgus semper expetebat, à circumferentia versus centrum incisionem fecit, octo transuersos digitos profundam absque Ægræ dolore, vulnerisque labra, vteri vaccini colorem, & substantiam repræsentabant, carneque rubra obducta coalescere incipiebant. Quare Chirurgus cognoscens nullum aliud remedium superesse cultro, lib.ij, & vnc. iij. carnis putridæ, & lardo similis semiquadrantehoræ abscidit, quo facto sanguinis congelati mensuræ duæ, & seri parum effluxit, postea tophus costæ ruptæ innatus, carne

C rubra obductus, *oui gallinacei magnitudine apparuit*, quem intrinsecus album escharoticis medicamentis, & ferreo instrumento, per portiones exemit, atque circa axillam sinistram digitis multum carnis putridæ cerebri substantiæ similis abstulit, *vnde*

D *plus doloris, quàm ex tota incisione sensit*. Circa festum Natiuitatis *sponte crus dextrum ei intumuit, doluitque per 12. septimanas*, deinde spontè paulatim decreuit. Quam primumque calculus costæ exemptus fuit, statim carne, & cute noua fuit obducta pars,

E itaut *saltem pisi instar vulnus* exiguum remanserit, è quo *sanies* parua quantitate *effluxit*. Anno sequenti ferè elapso, rursum caro sensim ad capitis magnitudinem excreuit, cui adnati duo tumores minoris Infantis capitis instar, illic conspiciebantur, ex quibus vermes viui

F prodierunt. Iam dum hæc scribo, paulatim ei vires deficiunt, quod mortis breui subsequuturæ indicium.

Ex Positione Anni 1692. pag. 295.

Ex Decreto Sac. Rit. Congregationis habita coram sa. me. Clemente X. die 8. Martij 1672. in Causa B. Ioannis de Sancto Facundo super approbatione eorum, quæ superuenerunt post indultam dicto Beato venerationem.

Num. 2.
Hoc Decretum habetur impressum post Positionem super Miraculis B. Ioannis à S. Facundo in fine.

SALMANTINA

Canonizationis Beati Ioannis de Sancto Facundo Ordinis Eremitarum Sancti Augustini.

Discusso Dubio ad relationem Eminentissimi Domini Cardinalis Vidoni in Congregatione habita coram Sanctissimo Domino Nostro hac eadem die de ijs, quæ superuenerunt post indultam venerationem B. Ioanni de Sancto Facundo Ordinis Eremitarum S. Augustini, Sanctitas Sua Consultoribus priùs auditis, de Eminentissimorum Patrum Sac. Ritibus Præpositorum consilio &c., ac ex octo selectis i nter plura duo concludentissimè probata esse declarauit. Primum scilicet Elisabethæ Gomez de Roca, Cancro in Mamilla sinistra per annum cum dimidio inueterato, & in molem insignem aucto laborantis, & altero subtus brachium in latere sinistro propè Cor, qui à Medicis tanquam insanabiles habiti fuerunt, quare post accessum ad Sepulcrum prędicti Beati, illius inuocationem post Confessionem Sacramentalem, & susceptionem Sacrosanctę Eucharistiæ, ac impositionem habitus eiusdem super dictam Mamillam mane sequenti post iteratam illius inuocationem sana, & incolumis à prædictis Cancris, & acutis doloribus, quibus afficiebatur, absque vllo signo, seu vestigio prædictæ infirmitatis comperta est &c. die 8 Martij 1672. &c.

Sanatio sequuta mane sequenti.

Ex Summario Positionis impressæ in Salamantina Canonizationis Beati Ioannis de Sancto Facundo super ijs, quæ superuenerunt post concessam eidem B. venerationem. Pag. 40.

XCIII. *Testis, Doctor Christophorus de Hayo Cathedraticus in Chirurgia prædictæ Vniuersitatis annorum 40. iuuta 10. fol. 896. Respondit.*

Chirurgus.

Quod benè illius recordatur, quod erit ab vno anno parum plus, vel minùs, quod portarunt ad dictum Hospitale vnam Mulierem, quæ vocabatur Isabella Gomez, & iste Testis illam prospexit, & vidit, quod habebat in Mamilla sinistra, & sub brachio quemdam morbum, *Zaratanas* nuncupatum, vetustum, & ipsa erat Mulier maior, & infirmitas multorum annorum, ac valetudinaria ob eius infirmitates; & recordatur, quod Doctor Ganzagna Medicus dicti Hospitalis, vna, & multis vicibus procurauit, & deliberauit, quod volebant illi secare dictam Mamillam, & communicauit cum huiusmodi Teste supradictum, dicens, quod non aderat remedium, & iste Testis minimè assensit in supradictis, timens, & pro certo tenens, quod dicta Mulier moreretur, dum curaretur, & ita pro meliori tenuit, quod viueret cum dicta infirmitate tempore Deo beneuiso, quàm illam mori adeò festinanter, & iste Testis benè vidit, & cognouit non adesse aliquam curationem pro dicto morbo, neque aliud remedium præter illi secare dictam Mamillam, sed illud non fecit ex ratione à se dicta, & dicta Mulier à se discessit ex dicto Hospitali, ob metum, nè illam sibi secarent.

§. 1.
Cancer vocatur Zaratan., & existimatur incurabilis.

Et

Et pag. 48.

§. 2. *IdemTestis XCIII. iuxtà 10. respondit.*

Iterum Cancer denominatur.

Et illic ad spatium in circa vnius mensis, parum plus, vel minus, à quo discesserat, dici audiuit iste Testis, quod dicta Mulier sanauerat a dictis *Zaratanis* nuncupatis, miraculosè intercessione dicti Sancti de Sancto Facundo, & miratus, & attonitus de casu, desiderans illam oculariter videre, ipsemet iuit ad domum huius Testis ad sibi ostendendum pectus, sibique dicendum, prout sibi dixit, qualiter Sanctus de Sancto Facundo à nocte ad mane illam sanauerat, & iste Testis vidit illius pectus, & brachium, quòd existebat sine morbo dicto *Zaratan* nuncupato, ac cum colore, quo aliud, perinde, ac si non habuisset talem morbum, quod in huiusmodi Teste causauit admirationem; eo respectu, quia pro dicto morbo non supererat aliqua alia curatio, quodque impossibile erat, quod naturaliter, ac etiam cum medicinis, alioque remedio sanasset, & quia dicta sanitas fuit supernaturalis, & miraculosa, & quæ excessit omnem scientiam, & remedium humanum, & quia erat impossibile potuisse sanare, vltra quod si resolueretur, euacuationem erat peracturus, aut ad aliam partem corporis erumpere, & hoc omne cessauit, quia dicta Mulier penitùs bona stetit, ac steterat, & existit in conformitatem professionis Chirurgiæ dicit, & declarat superiùs dicta, quodque fuit miraculum.

§. 3. Spatium temporis, quo successit sanatio.

§. 4. Rursus Cancer vocatur Zaratan.

§. 5. Dictus Zaratan reputatur incurabilis.

Et eodem Summario pag. 41.

Medicus.

XCVIII. *Testis Licentiatus Sebastianus Ruiz Medicus annorum 34. iuxtà 9. fol. 915. Respondit.*

Et similiter scit, & vidit, quod erit ab vno anno, parùm plus, vel minùs, quod iste Testis ad persuasionem quorundam Studentium vti sentiebat, quædam Mulier, quæ vocabatur Isabella Gomez de la Rocca in via Salicata illam visitauit, & vidit, quod patiebatur vnum Cancrum ad pectus, illamque certam reddidit, qualiter infirmitas, quam patiebatur, deueniebat incurabilis, quodque si curaretur cum periculo in curatione moriendi, aut Deus miraculosè illam sanaret, quodque ipse minimè alio remedio illam sanare poterat, de quo recordatur iste Testis, superiùs dictam indignationem sumpsisse.

§. 6. Cancer existimatur incurabilis.

Et illinc ad paucos dies ad rogationem dictorum Studentium illam rediit visum, & superiùs dictis dixit, quod minimè sciebat remedium pro illius morbo, neque reperiebat, quod medicinis, neque naturaliter sanare posset, quia infirmitas incurabilis erat, & ipsa Mulier videtur ægrè tulisse, & ita nolebat redire illam visitatum, & nihilominùs rogatus illam alia vice visitauit, & eamdem palpauit, ac respexit illius Mamillam se in illa ratificando, & dixit esse morbum incurabilem, quia in conformitatem regularum Medicinæ talis morbus processit, & procedit ex humore melancolico, & ad pectus, vocatur huiusmodi morbus Cancer, nuncupatus *Zaratanas*, vbi subest maiori periculo, quàm in alia parte, respectu quod existat propè Cor, qui morbus, & infirmitas curari debet palliatiuè, & non radicitùs, quia si curatur radicitùs, subest periculo vitæ illius, qui patitur talem morbum, & dictus Cancer licèt non existeret vlceratus, maximum periculum vitæ minabatur, quia dum effectus esset vlcer, breuiùs ab eo auferri debebat, respectu quia Cancri vlcerati habetur maius periculum, dum curantur, quàm si non

§. 7. Eadem incurabilitas.

§. 8. Dictus Cancer appellatur Zaratan.

non curantur, & iste qui iacebat ad partem Cordis, & emiserat radices ad sinistrum illius ventriculum, ex hocque se mouit ad dicendum esse incurabilem, vt in rei veritate talis erat, cum quo ampliùs non redijt illam visitatum.

§. 9. Affirmat esse incurabilem.

Ex dicto Summario pag. 43.

XCII. *Testis Doctor Ioannes de Gazana Medicus Cathedraticus Salmantin. annorum 53. repetitus iuxtà 10. fol. 891. Respondit.*

Alter Medicus.

Quod ipse est Medicus Hospitalis generalis huius Ciuitatis, in quo de mense Martij reperit quandam Mulierem, quam dicunt vocari Elisabetham Gomez, quàm visitauit, & inspexit, ac vidit Mamillam sinistram supradictæ, in qua habebat Cancrum magnitudinis medij pęnis quatuor marapetinorum potiùs plus, quàm minùs valdè durum, & cirrosum, & petrosum, qui erat adhæsus adeò Mamillæ, ac venis illius, vt quasi non faceret motum, nec ad vnam, neque ad alteram partem, & similiter habebat in dicta Mamilla versus subtus brachium alium Cancrum paruulum, qui iam generabatur, & alium paruulum Cancrum, qui ibat versus Mamillam, & interrogans hic Testis dictam Elisabetham Gomez, à quanto tempore haberet hos Cancros, respondit, ab anno cum dimidio, & an haberet dolores in illis partibus, respondit, esse magnos dolores, quos patiebatur, & quod habebat ex eis brachium ita contractum, vt non valeret illud erigere, neque dimittere, & statim hic Testis tetigit suismet manibus dictos Cancros coram practicantibus, seù Studentibus, qui cum ipso visitabant infirmos Hospitalis, qui erat Licentiatus Fuente, Licentiatus Salinas, & Licentiatus Priego, & ex tunc statim dixit esse impossibile remedium prebere, neque curare dictos Cancros cum aliqua medicina, vel remedio inuento in facultate medicinæ propter contumaciam, & duritiem, quàm habebat in dictis Cancris, quodque ita postquam non aderat remedium in facultate medicinæ ad illam sanandam, opus erat iuxtà doctrinam Hyppocratis, & Doctorum Chirurgorum, sicuti vidit extirpare multos Cancros à Licentiato Ponte, separando pellem à Mamilla, vsque ad detegendos totos dictos Cancros, & posteà hoc facto illos abscindere in extremitate, paulatim eosdem eleuando cum aliquo Instrumento, vsquequo in totum eradicarentur à Mamilla &c.

§. 10. Magnitudo Cancri, seù Zaratan.

§. 11. Ab anno cum dimidio Mulier patiebatur Cancrum.

§. 12. Cancer erat incurabilis

Ex eodem Summario dicta pag. 43.

XCIV. *Testis Licentiatus Fanegra de Vasconcellas Chirurgus annorum 45. repetitus iuxtà 10. fol. 900. Respondit.*

Alter Chirurgus.

Qualiter cognoscit Isabellam Gomez de la Rocca, quæ habitat in via saxosa, & eius cognitionem habet, ex eo quia in Quadragesima huius anni, cùm fuisset transmissus vocatus ipse Testis à Patre Fratre Ioanne de Sancto Hieronymo Religionis Sancti Hieronymi, ad hoc vt visitaret superiùs dictam, & ordinaret, quod mitteretur ad Hospitale generale ad ipsam curandam, illamque visitauit, necnon respexit infirmitatem, quàm habebat, quæ habebat iuxtà Mamillam sinistram quamdam tumiditatem, quæ vulgariter nuncupatur *Zaratan*, & sic essentia est Cancer, & sibi incipiebat vlcerari, & iam perueniebat sua malitia deorsum brachio, & iste Testis illi dixit, quòd iret ad dictum Hospitale generale, cùm sit cura valdè difficilis, & longa, quia iam ordinauerant, illam in illo recipere, & iste Testis illud ei dixit ad illam animandum, ad illudque respondit, quod si curaretur illic, libenter accederet, & scit, quod accessit

§. 13. Cancer nuncupatur Zaratan, & firmatur vna vtriusque essentia.

§. 14. Dicitur difficilis curationis.

cessit ad dictum Hospitale, in quo illam receperunt, & peractis euacuationibus vniuersalibus scitlionum venarum, potionisi & purgationis, ad hoc vt manibus Chirurgi dicti Hospitalis vti posset, & dictum morbum illi curaret radicaliter, ipsa ob timorem recessit, sine quod permitteret curari.

§. 15. Plura fuerunt remedia adhibita.

Ex Animaduersionibus bon.mem. de Rubeis impressis post supradictum Summarium pag.4.

Quoad primum relatum *Summario Num.* 8. assertæ sanationis Elisabethæ Gomez à Cancro non exulcerato in mamilla sinistra, & subtus brachium eiusdem lateris sinistri passo, vt eadem inquit per decem menses dicitur primò in eo deficere qualitatem sanationis instantaneæ post accessum ad Sepulchrum Beati, illius inuocationem post Confessionem Sacramentalem, & susceptionem Sacrosanctæ Eucharistiæ, ac impositionem habitus eiusdem super dictam mamillam, cùm ter id egerit in fructuosè, solumque die sequenti post tertiam vicem dixerit, se sanam comperisse, idque vltra eius dictum ex Testibus confirmant V. *dicto Summario fol.*52. VIII. *fol.* 54. & XVI. *fol.*161., *& alij*, sicque deficit præcipuum requisitum, quod sanitas illicò subsequuta sit &c.

SECVNDVM MIRACVLVM

SVBITÆ SANATIONIS TVMORIS VLCERATI.

Ab Auditoribus Rotæ approbatum, in Causa Canonizationis Sancti Laurentii Iustiniani.

Impress. Anno 1690. *Pag.* 37.

Num. 3. *Miraculũ Canceri in Mamilla approbatum pro Canonizatione S.Laurentij Iustiniani.*

ANno millesimo sexcentesimo duodecimo Nobilis Matron a Veneta Marina Gritti, ætatem septuagenariam attingens, in infirmitatem febrilem incidit, eaque dies quindecim continuata, illi emersit *tumor in pectore, nigricantis coloris ad magnitudinem oui, cum duritie, & doloribus acerbissimis*, quibus infirma vexata, diù, noctuque clamores emittebat, Medicorum iussu tumor oblinitus fuit oleo liliaceo, & amygdalino, ac post quatuor, aut quinque dies paululum suppurauit instar foraminis acus, vndè satis exiguus humor stillabat, qui propterea nil proficiebat Ægrotæ, adeò vt in peius deindè rueret, & per quinque dies iam loquelæ expers nil cibi sumebat, & à Medico deplorata Sacramento Extremæ Vnctionis munita ad horam moritura existimabatur. Ex improuiso Ancillam aduocauit, vt sedem apponeret B.Laurentio, à quo, vt dixit, à se imploratus, inuisa, ac simul sanata fuerat, & tunc vlcus clausum apparuit, cessarunt omnes dolores, nec aliqua species morbi remansit, præter duritiem, quæ die sequenti etiam euanuit. Factum referunt quinque Testes &c.

DI-

DICTA TESTIVM.

Super secundo Miraculo.

II. *Testis Admodum Reuerendus Dominus Franciscus Eliseus Sacerdos Venetus, Canonicus Ecclesiæ Patriarchalis, & Prothonotarius Apostolicus, & Confessarius sanatæ annorum* 50. *super articulo* 45. *processus Veneti auctoritate Apostolica fabricati pag.* 1020. *tergo, respondit.*

Io hò conosciuta l'articolata Signora Marina Gritti Nobile Venetiana, vecchia d'anni 70. in circa, che fù moglie del quondam Clarissimo Signor Francesco Gritti, che staua di stanza alla Pietà; mà essa venne doppo la morte del Marito à stare à Castello &c. nel qual luogo stette molto tempo, e poi morì, & io era il suo Confessore. Questa Gentildonna s'infermò, e li venne vna malatia in petto, quale fù detto da' Medici, che fusse vna Cancrena, il qual male li durò alcuni mesi, e si ridusse in grauissimo pericolo della vita, e per quello, che diceuano li Medici, e per quello si diceua esternamente, & io la visitauo spesso, & vn giorno essendola andata à visitare, *mi raccontò*, che il giorno innanzi trouandosi quasi vicina à morte, haueua fatto voto al Beato Lorenzo Giustiniani, pregandolo, che li intercedesse da Dio la sanità: e che subito la Cancrena suanì, non si vedendo più segno, ne effetto alcuno, & essa frà pochi giorni, che non mi ricordo quando fosse, vscì di Casa, & andò à render gratie al Santo, e fece dire vna Messa, la quale celebrai io, ne più mai sentì quel male, e soprauisse poi trè, ò quattro anni, che non mi ricordo precisamente, e morì d'altra infermità.

A
De Auditu.

Interrogatus de causa scientiæ, respondit.

Sò queste cose per quello, che mi hà raccontato questa Gentildonna &c. e mi sono anco state raccontate dalle persone, che lei teneua in Casa, le quali me lo dissero anco nel tempo, che à me le disse detta Gentildonna, affermandomi, che prima, che fece il Voto stauano aspettando, che morisse d'hora in hora &c.

B
De Auditu.

Interrogatus de Contestibus, respondit.

Li Contesti saranno la sua Serua, & altri, che lei nominarà. La Serua si chiama Anna, che è Donna vecchia, & hora stà, per quanto hò inteso, nell'Hospidale de' Mendicanti, e questa saprà il nome di quelle altre Donne, che allora si ritrouano presenti.

XXI. *Testis Franciscbina Terrina Vicentina Vidua ætatis annorum* 50. *super eodem art.* 45. *dicti processus Veneti, auctoritate Apostolica fabricati pag.* 1160. *ter. respondit.*

Io hò conosciuta questa articolata Signora Marina Gritti, la quale staua in Casa delle Procuratie in Corte dell'Olle nella nostra Contrada di Castello, nel qual luogo s'infermò, e li venne male in petto, che quelli di Casa, e li Medici diceuano essere vna Cancrena, e male incurabile, la quale essendo stata alcuni mesi à letto, e ridottasi in pericolo di morte, talmente, che li Medici l'haueuano data per spedita, *& Anna sua Massara mi disse*, ch' era stata trè giorni senza pigliar niente, si raccomandò all' intercessione del detto Beato Lorenzo, e subito tale raccomandatione fatta si trouò

guarità, chiamando dett'Anna sua Massara, e con molt'allegrezza, dicendogli. Anna mi è apparso il B. Lorenzo, e son guarita, si come io medesima, la quale il giorno precedente haueuo veduto detta Signora Marina ammalata, & in stato, che non daua audienza ad alcuno, ma staua come morta; il giorno seguente la viddi sana, dicendoci à tutte con grandissima allegrezza, Fie mie il B.Lorenzo mi è apparso, e mi hà guarita &c.

XXVI. *Testis D. Anna Conforti Vicentina ætatis annorum 50. super eodem art.45. dicti processus Veneti, auctoritate Apostolica fabricati pag.1183. respondit.*

D

Tumor per paucos dies creuit, & durauit minoris qualitatis, ac noster.

Dieci anni sono in circa io stauo al seruitio della Sig. Marina Gritti Gentildonna vecchia, la quale habitaua nella Contrada di Castello nella Corte dell'Olle, nelle Case delle Procuratie, la qual Gentildonna s'infermò, e li venne la febre, *e doppo quindici giorni li venne male al petto, cioè vn brusco*, ò sia buguo grande, come vn' ouo di color rosso con poco di bianco nella punta con gran durezza, che li Medici diceuano essere vna Cancrena, e li daua grandissimo dolore, gridando dì, e notte, e li Medici li faceuano ognere con oglio di giglio bianco, & oglio di mandola dolce, e sopra quattro, ò cinque giorni si ruppe, e si fece vn poco di capo nel luogo oue era quel bianco, ch'era tanto come vn capo di spilla, ò pomolo d'ago, ne vsciua della materia, se bene non in gran quantità, e doppo esser' *aperto quel brusco* cessò vn tantino di dolore, mà

E

Apertio Tumoris spontanea.

con tutto ciò detta Sig. Marina seguitò di star male, e si ridusse in stato tale, che stette cinque giorni senza fauella, e credeuano, che douesse morire, perche non mangiaua cos'alcuna, eccetto, che con vna penna io andauo distillandoli qualche cosa in bocca, nel resto staua come morta, & al male del petto si seguitaua detta vntione, se bene il Medico l'haueua abbandonata, e data per morta, che non veniua più ne anche à visitarla, dicendoci, che seguitassimo quest' vntione, che non sapeua più ordinare altro. E detta Sig.Marina si era già confessata, e communicata, & haueua anco hauuto l'Oglio Santo, e temeuimo tutti, che d'hora in hora douesse morire. Et in capo di cinque giorni vna mattina essendomi leuata, & accostata al suo letto per bagnarli la bocca con vna penna, cominciò accennarmi con la mano, & io non intendendola, l'interrogai, che cosa voleua dirmi, accostandomi appresso il suo viso per vdirla, *e lei mi*

F

De Auditu.

disse, che haueua veduto il B. Lorenzo, e che hauerebbe voluto, che li portasse vna cariega, che egli sedesse, e questo voleua significare quando mi accennaua con la mano, & io li disse, che io non l'haueua intesa, mà che s'inuotasse al Santo, che sarebbe guarita, & ella mi disse, mi son'inuotata, e voglio portarli vn petto d'argento, e quel giorno cominciò à parlare, e poi parlò, e cominciò anco à mangiare, e mi cominciò à dire, che non haueua più niente, e non occorreua, che io la medicasse più, e così li vidde il petto, e viddi, che quella piaghetta era chiusa, e non buttaua più, e non li restaua altro, che vn poco di durezza, e diceua, che non sentiua dolore

G

Cessatio doloris remanenti duritiæ in parte desusa.

alcuno, anzi lei si attastaua, & attastai ancor'io, e diceua, che non sentiua più dolore, ne volse, che l'ongessi più, & il giorno seguente li riuiddi di nuouo il petto, ne vi era più quella durezza, ne altro, e lei alzaua le mani al Cielo, ringratiando il B.Lorenzo, dicendo, che questo Beato Lorenzo l'haueua guarita, anzi quell' istessa mattina, che mi diceua, che haueua visto il Santo, e che

li si era racchiusa la piaga, nè li era restato più altro male, che quella poca di durezza, io medesima poco prima l'haueua medicata, cioè onta con il sopradetto oglio, e cambiata la pezza, che era piena di marcia, & haueua visto, che vi era quella piaghetta con quell'humore rosso, e durezza, che detta piaga buttaua la marcia, siccome ne haueua buttato nelle pezze, che io li leuai per metterne di nuouo, e che detto humore era rosso, & infiammato come prima, e questo al più fu vn'hora prima, che mi dicesse, che il B. Lorenzo li era apparso, e che io li viddi il petto, che non haueua più male alcuno, se non quella poca di durezza, che hò detto di sopra che non li causaua dolore, nè dispiacere alcuno, siccome io viddi, e conobbi chiarameute perche d. Sig. Marina si toccaua, e maneggiaua il Petto, e me lo faceua anche toccare a me, & anche da alcune altre Donne, che vi erano, e non li daua dolore, e dispiacere alcuno, nè meno vi era più rossore, nè altro segno di male, eccetto quel poco di durezza, che il giorno seguente trouammo svanita affatto &c.

XXX. Testis Adm. Reu. D. Hieronymus Blancus, Sacerdos, & Primicerius Ecclesiæ Patriarchalis Venetiarum ætatis annorum 73. super eodem art. 62. dicti proc. Veneti, Auctoritate Apostolica fabricati pag. 1214. tergo sub initium respondit.

Hò anco inteso dire publicamente, e communemente quasi da tutti quelli della Contrada di Castello d'vn' altro miracolo operato per intercessione di questo Beato, e fu, che gli anni passati essendo venuto vn Carbone cancheroso nel petto alla Signora Marina Gritti Nobile Veneziana, la quale habitaua in Contrada di Castello in Auga nelle Case delle Procuratie, e stando male assai con pericolo di vita fece voto al detto B. Lorenzo Giustiniano, doppo il qual Voto diceuano, che la notte in sogno, ò che si fosse in altro modo li apparue il B. Lorenzo Giustiniano, e li toccò la parte, doue era il male, e doppo questo subito si trouò sana miracolosamente. E questo fatto, e miracolo fu da detta Signora Marina publicato per tutta la Contrada, doue se ne parlaua publicamente; siccome se ne è parlato di poi, e se ne parla anco adesso. E questa Sig. Marina era vna Gentildonna molto deuota, e da bene, e molto vecchia, siccome io stesso l'hò conosciuta, & hò hauuta piena notitia della sua bontà, e pietà, e così era tenuta da tutti.

H
Testis totaliter de Auditu.

XXXII. Testis Cæcilia Perzani Veneta ætatis annorum 32. super eodem art. 45. dicti processus Veneti, Auctoritate Apostolica fabricati pag. 1227. ter. respondit.

Sono molti anni, se bene non mi posso precisamente ricordare quanti, ma mi pare, che siano dieci, ò dodici, che la Sig. Marina Gritti Nobile Veneziana Gentildonna vecchia di assai anni si ammalò, la qual Gentildonna essendo molto da bene, e mia vicina, mi daua ogni Domenica, & ogni Festa da mangiare, e desinare in casa sua, & essendosi ammalata grauemente con *vn brusco, ò tumore nel petto*, grosso come vn grand'ouo negro, e brutto, che li Medici diceuano essere vna Cancrena, il quale li daua grandissimo dolore, che gridaua giorno, e notte, e ci haueua sempre la febre, e si ridusse in punto di morte, & essendosi confessata, e communicata, & hauuto l'Oglio Santo stette cinque giorni senza fauella, e senza prender cibo, se non quando la sua Massara chiamata Anna, & io che in quella infermità la seruiuo, e stauo giorno, e notte alla

I
Tumoris qualitas.

sua

sua seruitù li bagnauamo la bocca con maluasia, e stillato, che li porgeuamo con vna penna, & in capo di detti cinque giorni, che s'aspettaua d'hora in hora, che morisse detta Signora Marina, ritornando in se, e buttando come vn gran sospiro, fece mostra di chiamar me, e detta Serua sua Massara, accennando con la mano, e noi accostandosi al letto, e dimandandoli quello voleua, mi accennaua con le mani, facendo in modo, come se volesse, che noi si fossimo inginocchiati, siccome s'inginocchiassimo, e lei accennando con le mani in quà in là, non intendeuamo quello volesse dire, ma alcune hore doppo; che fu la mattina cominciando lei à parlare, disse, che con quelli cenni delle mani voleua dirci, che noi portassimo da sedere al B. Lorenzo, che lei l'haueua veduto per la stanza, e che gli era apparso al letto, e parlatoli, con dirli, che lei sarebbe guarita, e che ella si era inuotata al detto Beato, e che haueua riceuuto la grazia, siccome noi, cioè detta Anna Massara, & io alquanto doppo che detta Signora Marina ci disse quelle cose, volendoli medicare il petto, come erauamo soliti di fare ogn'ora con l'oglio di mandole dolci, e di giglio bianco, come haueua ordinato il Medico, trouassimo, che il detto tumore, ò Cancrena era desfantata, cioè svanita, e che non vi era più quel negrore, nè rossore, ma che affatto da quel male era guarita, dicendo detta Sig. Marina publicamente con tutti, che il B. Lorenzo l'haueua guarita, e liberata da quel male &c.

K
De Auditu.

Ex Decreto S. Congreg. Rituum in Causa Canonizationis B. Laurentij Iustiniani habitæ coram S. M. Alex. VIII. die 27. Iunij 1690. super dubio, an, & de quibus miraculis constet post indultam d. Beato à Sede Apostolica venerationem.

Discusso dubio ad relationem Eminentissimi D. Card. de Alterijs in Congregatione habita coram SS. Domino Nostro hac eadem die de ijs, quæ superuenerunt post indultam venerationem B. Laurentio Iustiniano Propatriarchæ Venetiarum Sanctitas Sua Consultoribus priùs auditis de Eminentiss. Patrum Sacris Ritibus Præpositorum Consilio ex septem selectis miraculis duo concludentissimè probata esse declarauit. Secundum *subitæ sanationis eiusdem Beati ope implorata tumoris vlcerati, ob quem Marina Gritti Nobilis Veneta ætate septuagenaria à Medicis deplorata Sacramento Extremæ Vnctionis munita loquendi facultate amissa ad horam moriturę existimabatur*, & septimum instantaneæ sanationis Sororis Luciæ Virginis Cœnobij S. Annæ Venetiarum, quæ cum in ambobus brachijs Arthritidis doloribus per duos annos ita vexata fuerit, vt cubitos nodosis Callis obsitos, & arcuatos extendere non valeret ante sepulchrum B. Laurentij brachia lapidi sepulchrali admouit, & preces effudit, vt illicò, & repentè conualuerit &c. die 27. Iunij 1690. &c.

PRI-

PRIMVM MIRACVLVM

ALIAS TERTIVM,

Cancer Mamillæ Sanatus.

Responsio Medico-physica Domini Pauli Manfredi Medici Collegij ad Animaduersiones Reuerendiss. Promotoris.

PRæsens Mulier laborabat legitimo Cancro, licèt à Medico Zaratanes aliquando in depositione nuncupatus, forsan vt vulgari se aptaret intelligentiæ, vel si è propria sententia id egit, vt verum Cancrum significaret, cum id exprimere hanc vocem Hispano Idiomate ostensum fuerit à Postulatoribus; Quod si pro alia specie tumoris sui Cancri illegitimi, & consequenter faciliùs naturaliter sanabilis intellexit, id gratis, & parùm fundatè pronunciasse, & à priori, & à posteriori aggredior demonstrare.

Describitur aptissimè Cancer ex mente omnium Classicorum Scriptorum, qua Medicorum, qua Chirurgorum à Daniele Sennerto *lib. 5. Practicæ part. 1. cap. 20. tit. Signa*, his verbis =

Inter initia Cancer adeò facilè non cognoscitur, cum primò vix ciceris, vel fabæ magnitudinem æquet, postea verò vbi incrementum sumpsit, & immaiorem molem attollitur, & tam euidentia, & grauiora signa, ac symptbomata babet, vt à quolibet facilè cognosci possit. Est enim tumor bic durus, colorem babet plumbeum, & liuidum, seu nigrescentem, aliàs tamen magis, aliàs minus, pro diuersitate materiæ. Adest dolor, qui quidem, & si aliàs sit maior, aliàs minor; nunquam tamen in Cancro planè abest. Adest caliditas, pulsatio, & circùm circa in orbem quasi venas nigro sanguine distinctas, & turbidas babet. Et paulò post addit, ad differentiam huius morbi à Scirrho = *Cancer babet dolorem coniunctum cum aliqua caliditate, ac plerumque ex se incipit, subitoque incrementum sumit, itaut ex minima quantitate in maximam molem excrescat, humorque maxima ex parte in venis residet, quæ refertæ pedes, & brachia Cancri referunt.*

Quibus signis si respondeant ea, quæ Patiens nostra perpessa est, vero Cancro laborasse, venit concludendum.

Veri itaque Cancri prima conditio est, quod eius initio minimus sit tumor, & sensim crescens, Et de nostra Patiente verificatur ex Teste 56. *num.* 92. ibi = *Che in vna Zinna le venne vn picciolo tumore, quale andò crescendo. Et num.* 93. *Et il detto tumore ogni giorno cresceua*, Ex Teste 55. *num.* 71. *Cominciò con vn tumore, che li venne in detta Zinna, & andò crescendo ogn'anno più.* Et ex Teste 54. *num.* 50. *Stette con tumore in vna Zinna, & ogn'anno andaua crescendo.*

Secunda conditio est, quod tumor sit durus; Et pariter hoc verificatur in casu. Ex Teste 22. Medico *num.* 1. *Vn tumore nella Zinna sinistra assai negro, e varicoso, quale saria della grossezza, e forma d'vna pagnottella d'vna libra, con molta durezza.*

Tertia conditio est, quod habeat colorem plumbeum, & liuidum, aut nigrescentem. Idque paritèr hic aderat ex Teste eodem *ibidem. Vn tumore nella Zinna sinistra assai negro,*

Quarta est, quod sit dolor, aliàs major, aliàs minor. Et isti in nostra Patiente erant grauissimi, ex Teste 53. ipsa Infirma *num.* 20.

Andò

Andò passando li due anni; nelli quali cresceua con augumento detta Cancrena, sentento fierissimi dolori, & paulò inferius; *senza potere accostare à parte alcuna detto lato sinistro*. Ex Teste 54. *num.* 66. *E non dormiua, se non parimente molto poco per li dolori, che haueua*. Ex Teste 55. *num.* 72. *E gli daua così grandi dolori, che non la lasciaua dormire* Ex Teste 56. *num.* 93. *non poteua dormire à causa delli dolori*.

Quinta conditio est, quod adsit caliditas, & ardor in tumore. Et hanc patiebatur præsens Afflicta, ex Teste 23. *num.* 4. *si proseguì per arbitrio dell'Inferma negl'istessi medicamenti, quando sentiua alcun' ardore nella Zinna*, & ex eodem *num.* 10. *Fù col motiuo delli dolori, che erano sopragiunti all'ardore, che detta Inferma patiua nella Zinna*.

Sexta conditio est, quod circum circa in orbem, tumor quasi venas nigro sanguine distentas habeat, quæ in ista Patiente obseruabantur Ex Teste 23. *num.* 1. *Vn tumore nella Zinna sinistra assai negro, e varicoso*.

Septima conditio est, quod ex minima quantitate in maximam molem excrescat. Et sic creuit in nostra Patiente. Ex Teste 53. ipsa Infirma *num.* 18. *Era cresciuto talmente, che si dilataua sin sotto il braccio*. Ex Teste 54. *num.* 53. *Et alcune volte, che la vedeua in letto, era posta dal corpo in sù sopra la testiera del letto, atteso, che non poteua stare in altra maniera per l'enfiazione così grande*. Ex Teste 55. *num.* 71. *Era così grosso, e gli daua così gran dolori, che non la lasciaua dormire, ne stare in letto colcata*.

Octaua conditio est, quod tumoris causa materialis maxima ex parte in venis resideat, quæ refertæ, pedes, & brachia Cancri referant, ex cuius animantis similitudine Paulus Ægineta *lib.* 4. *cap.* 28. supponit ex omnium Authorum consensu, Cancri nomen suum sumpsisse hunc tumorem: Et sic erat non modo in externa superficie, sed intrinsecus in sui fabrica Tumor, ex Teste 55. *num.* 85. *Cauò fuori vn inuolto, che diceuano esser Cancro, longo vn palmo, e da vn lato era come vna mano, con le sue dita mezz'aperte, e poi veniua ad essere rotondo, come vn polso di braccio, e nel fine pendendo come vn pugno di vermi pauonazzi, e per di sopra era venato del medemo colore delli vermini, e negro*. Ex Teste 56. *num.* 97., & 98. *Il detto Chirurgo haueua cauato fuori della detta Zinna vn pezzo di carne, con la forma di vna mano, con vn pezzo di braccio, che faria longo in tutto come d'vna terza, il quale fù posto in vn piatto, & osseruatolo à bell'agio, da vn lato haueua le dita come d'vna mano, non in tutto serrata, e dall'altro certe radici, come vermini, e di sopra nel mezzo tondo, con alcune vene paonazze, che dauano in negro*.

Addunt alij, quod Cancer tenacissimè subiectis partibus inhæreat, quasi per fixas radices, vt Paulus Ægineta *citat. c.* 26. *lib.* 4., & Aetius *Tetrab.* 4. *Serm.* 4. *cap.* 53. *Cancro itaquè non vlcerato in mamma existente, tumor ingens apparet ad tactum renitens, inæqualis, instar ferræ sæuus, penitissime pertinaciter insertus, radices longè, latequè extendens*. Et neque hæc conditio hic deficiebat: nam Testis 53. *num.* 45. insignem profunditatem, in qua inferebantur Cancri radices narrat, quæ altè figebantur, ibi: *E nel secondo giorno della cura, che fece il Chirurgo al cauare fuori la settima, & vltima tasta di filacci, si ricorda, che disse ch'era così profondo, che fece di mestiere toccare con le tanagliole vna costa*.

Respon-

Respondebant itaque huic Tumori omnes conditiones, quæ vero, & legitimo Cancro competunt, & non erat simplex Zaratanes, quo nomine, etsi vulgus Hispanus ad Cancros etiam veros significandos abutatur, re vera tamen hi duo morbi sunt diuersi, & Zaratanes curabilis esset, Cancer verò prorsùs incurabilis, præsertim cum circumstantijs, quæ in Tumore, de quo loquimur, concurrisse demonstrauimus exactè: In cuius rei confirmationem, audire nè pigeat Ludouicum Mercatum *supra citato loco pag. mihi* 70. vbi discurrens de Zaratane, sic fatetur §. *Vt igitur. Prædictam mammaram duritiem, quam nomine Hyspano Zaratan appellamus, ipsi quidem nomine Cancri comprehendunt: Verùm, quàm sit à ratione alienum, disces facile, si exactè consideraueris eam curandi rationem, quam Authores hi prædictis tumoribus adscribunt: Quippè emollientia pharmaca liberaliter admiscent ijs, quæ Cancero proficua sunt, cùm ex omnium Authorum decreto euidenter constet, exacerbari plurimum cancrosos tumores emollientium adhæsu.* Et hac vna ratione constat euidentissimè etiam à Medico, Teste 32. *num.* 3. pro verò Cancro habitum fuisse hunc Tumorèm, licèt sui vernaculi idiomatis abusum sequens, vt etiam à non Medicis intelligeretur, eius depositio Zaratanis nomine illum nuncupauerit. Ibi enim se abstinuisse data opera fatetur à medicamentis suppurantibus, & emollientibus vtpotè verò Cancro perniciosis, à quibus tamen non abstinuisset, si verè Zaratanem esse iudicasset. *Sin d'allora non curò fupprarlo, vedendo che non era capace di resolutione, che però fin d'allora si seruì di medicamenti, che l'indurissero.* Sed & alias horum tumorum differentias adducens Mercatus, continuò sequitur: *Præterea si exactè consideres Cancrorum naturam longè à prædictis tumoribus differre comperies, siquidem Cancer tumor est durus, & inæqualis, licèt rotundus venas habens in circuitu turgidas, liuescens, colore magis, quam inflammatione nigricans, calidus, subito accrescens, ægros maximè fatigans, & perpetuo ferè dolore affligens* (quæ omnia in nostro casu demonstrauimus (*At tumor, de quo nunc sermo habetur*, (discurrit de Zaratane) *nec maximum dolorem, nec punctionem, aut inflammationem, nec semper, sed aliqua ex occasione, aut imminentibus mensibus fortiri comperimus, sed immunes ab his accidentibus per internalla viuere fæminas scimus.* Et ex his nullum de nostra Patiente verificatur.

Cùm itaque hunc verum Cancrum fuisse satis abundè sit demonstratum, videndum modò, an naturaliter esset sanabilis?

Omissis in præsenti theoricis, & epissodicis rationibus huiusce veritatis, authoritates tantum adducam celebrium Scriptorum, quæ inuicem consonantes, insanabilem esse Cancrum, præfatis conditionibus stipatum, vnanimiter concludunt. Sic enim concludit Io. Ionstonus *in Idea Medicinæ practicæ lib. 2. cap. 4. art. 2. de Cancro: Curatio est difficilis in omnibus. Non instituenda, si occultus, si in cauitate corporis, palato, sede, vtero, exortus; nulla, si confirmatus, & in parte nobiliore.* Sed & Ioannes Riolanus *Enchiridij Anathomici lib. 3. cap. 2.* loquens de Scirrho Mammarum glanduloso, sic loquitur. *Glandulæ si mobilis, vel duæ, extirpari debent per incisionem cutis, priusquàm hæreant firmiter adipi: Morbo gliscente, & serpente ad alias glandulas, inde Cancer enascitur insanabilis.* Paulus

lus Ægineta *lib.* 4. *cap.* 26. *Hoc malum planè propter fucci craßitiem non consanescit, vtpotè quod nec repelli, nec discuti queat, nec totius corporis purgatione cedat, vel quod etiam mitiora negligat remedia, vehementioribus autem irritetur, excandescatque*. Albucasis *tract.* 2. *cap.* 53. *de cura Cancri*, barbara quidem loquutione, sed elegante doctrina idem confirmat. *Quando verò antiquatus est, & magnus non oportet, vt appropinques ei. Ego enim non potui sanare ex eo aliquem, neque vidi alium ante me, qui peruenerit ad illud*. Idem concludit, sed elegantissimo stylo, vt sui moris est Cornelius Celsus *lib.* 5. *cap.* 28. de impossibile etenim, licèt aliquando tentata, Cancri curatione, disertissimè loquens, In hæc erumpit. *Quidam vsi sunt medicamentis adurentibus, quidam ferro adusserunt. Quidam scalpello exciderunt. Neque vlli vnquam medicina profecit, sed adusta protinus concitata sunt, & increuerunt, donec occiderent. Excisa etiam post inductam cicatricem tamen reuerterunt, & causam attulere mortis*. Vndè meritissimè, & fundatè Aetius absolutum, & vniuersale decretum perstrictis verbis annunciauit *Tetrabili* 4. *serm.* 4. *cap.* 44. *Cancros in pectore abortos omninò deploratos esse scito, quemadmodum, & eos, qui in capite, collo, humeris, sub alis, & in inguinibus generantur, sunt enim, & hi incurabiles*.

Erat itaquè naturalitèr insanabilis hic Tumor, vndè cum sanitati Patiens sit restituta, nonnisi miraculosè succeßisse censendum esse videtur.

Cuius Miraculi præludia, vel alterius fortaße Miraculi præuentiuæ notæ illuxerunt, dum dolores fuere prorsus eliminati post simplicem applicationem Immaginis Beati, adhuc integro persistente Cancro, si enim per Philosophos idem manens idem, semper facit idem, cum adbuc Cancer permaneret in suo esse, à quo producebantur acerrimi dolores, illo superstite, naturaliter non poterant isti deficere.

Sed auget Miraculi dignitatem Tumoris extractio sine dolore, & modus quo fuit extractus, qui non est competens, & sufficiens ad illum funditus extirpandum, etiam in casu, quo censetur opportuna, & sufficiens Chirurgica operatio.

Cùm etenim extractio rei penitùs subiectis partibus adhærentis, fieri nequeat citrà lacerationem, & violentam diuulsionem, impossibile est, eam sine doloroso sensu eximere, ac extirpare, præsertim ex parte iam intemperata, & sæuissimis conflictata doloribus. Simplicis furunculi radicem (vt nuncupant) si velimus educere, nonnisi magno cum partis dolore: & sensu celebratur, & tamen in cauo furunculi, absque minima partibus adhæsione residet radix; Quanto ergo cum dolore, ex diuturnè conflictata parte sequatur extractio Cancri, non per vnicam tantùm, sed per multiplices sui appendiculas, non in cauitate recepti, sed profundæ substantiæ partium infixi, cuique, & coniectari licèt, & experientia confirmari, cum in hisce casibus, non modò doloribus, sed & animi deliquijs ob sensus immanitatem, & ipsa syncope, non raro corripi misellas patientes conspexerimus; Et tamen nostra patiens sine vlla doloris specie passa est insignis adeò molis, ferocis adeò materiæ, tenacis adeò Cancri auulsionem, vt ipsa testatur.

Verùm, & modus extractionis Miraculum sapit Ille etenim, qui fuit

fuit hic celebratus, potiùs expreſſio ſupernaturalis, quàm artificialis extractio nuncupari meretur; Longè namque plura opificia requirit Chirurgica extractio (vt tuta ſit) quàm in hoc caſu fuerit celebrata. Duo ſunt modi, qui ab Authoribus proponuntur pro Cancri artificioſa extirpatione.

Primus ab Ætio vbi ſupra citato ex mente Leonidæ proponitur; ſed deſcriptionem huius, vtpotè ſolum competentis, vel in Scirrhis exiguis, aut in paruis Cancris, vt monet Hieronymus Fabricius ab Aquapendente *lib.1. Pentatheuci cap.22.*, & conſequenter præſenti caſui non applicabilis, libenter omittimus.

Secundus deſcribitur ab Aquapendente, & *in lib. de operationibus Chyrurgicis, & in Pentatheutico*, Ætio *lib.6. cap. 5. aliiſque pluribus Scriptoribus*, & vt breuiter rem expediam, conſiſtit in integra ſectione mammillæ, in partium, & vaſorum inuſtione; nam (vt inquit Aquapendens) *Sanguinis profuſioni ſtatim occurrendum, nè Æger cum ſanguine etiam vitam profundat.* Nullum tamen ex his, præter ſimplicem contenti Cancri, iam per ſe à vicinis partibus ſeparati, facillimam eductionem; ſine vſtionis, aut ſciſſionis carnium neceſſitate, quinimò ſine Patientis dolore fuit adhibitum; ſed quomodo fuerit adeò exquiſitè Cancer ſeparatus ab illis partibus, quibus tenaciſſimè inſeritur, & à quibus etiam arte, & manu ſine cultro ſeparari nequit, ſine Miraculo non intelligitur. Eoque magis, quia inueteratus erat, & inſignis molis, & hiatu adapertus. *Nam cum inueterauit, aut penitùs etiam inhæreſcit, nulla medicina vincitur, magiſque ſi ſimul etiam vlcus acceſſit*, ex Iodoco Lommio *in lib.2. obſer. Med.*

Controuertitur nihilominùs à Reuerendiſſimo Promotore huius Releuantia euidentiſſima, ea animaduerſione, quod Medicus Franciſcus Bohoyos Teſtis 23. examinatus non pronunciet realiter exiſtimaſſe hunc morbum inſanabilem, & ideò potuiſſe naturalem eſſe ſanationem; Quæ tamen Animaduerſio, ſi exactè conſidereretur, nihil inficit Miraculi præſtantiam; Licèt etenim Medicus id ex ſua ſententia dixiſſet, reſponderi poſſet id gratis aſſeruiſſe, dummodò conſtet, vt oſtenſum eſt) verùm Cancrum fuiſſe, de quo vna voce concludunt omnes Auctores eſſe inſanabilem, præſertim cum prædictis circumſtantijs, ſed ne, & à nobis gratis illi Perito inuratur cenſura, cum ex eius integra depoſitione liqueat talem morbum Cancrum verum eſſe credidiſſe, illumque ſuppoſuiſſe inſanabilem, vtpotè cum ſemper tantùm adhibuerit palliatiuam curationem; obſeruandum eſt in depoſitione illam morbi modificationem per verbum *quaſi inſanabile*, non fuiſſe ab eo pronunciatam tamquam declaratiuam propriæ opinionis, & iudicij; ſed pro Infirmæ conſolatione, & leuamine animi, eſt enim narratio reſponſiua interrogationi Medico factæ ab ipſa Patiente; Sic enim deponit *num. 2.* *E nella narratione, che li fece detta Inferma, li diſſe hauerlo patito anche prima di eſſere ſtata veduta da queſto Teſtimonio, e ſe terrebbe rimedio.* En interrogatio Patientis, cui reſponſum dedit Medicus ſubſequenti modo. *Alche riſpoſe queſto Teſtimonio, che l'Infermità in quanto da ſe, e ſecondo la ſua eſſenza, era quaſi incurabile, tanto più per la ragione della parte doue ſtaua; mà con l'aiuto di Dio, vi applicaremo quello, che ſia più proficuo.* Fuit ergo reſponſio Medici erga Infirmam interrogantem, non ſententia determinata; Et mos eſt Medicorum prudentialis in reſpondendo

dendo ad interrogationes ægrotantium, morbos periculosos, & insanabiles palliare, & periculi certitudinem blandis verbis imminuere, nè sese patientes in desperationem agant. Quinimò est præceptum expressum Artis, sic responsiones limitare, vt præcipit Io: Damascenus *in aphorismorum lib. aph.46. Oportet autèm ægrotantibus perpetuò, etiamsi ipse desperes, salutem polliceri, neque, vel deploratos, animum deuouere vnquàm permittere*. Et quod sit verum, Medicum tunc temporis loquutum fuisse non decisiuè, & declaratoriè propriæ intentionis, & iudicij circa morbi sanabilitatem, aut insanabilitatem, deducitur ex eo, quod quando loquitur ex propria, & determinata sententia circa hoc, respondens nempè interrogationi illi factæ *nu.12. perche questa sanatione non puole attribuirsi ad altro aiuto naturale*; manifestè pronunciat naturalitèr eum morbum insanabilem; Nàm sic respondit. *Disse, che hebbe questa Sanità per miracolosa, e per la grauezza del male; e perche l'effetto d'aprirsi detto tumore, fù totalmente contrario all'intentione, & applicatione de'remedij, che tiene detti, e che giudicò naturalmente mortale questa piaga*.

Paritèr secunda animaduersio facilè dilui potest; imò diluta iàm est ex dictis. Inquit etenim Reuerendissimus Fidei Promotor, quod hic non fuerit Cancer legitimus, sed Cancrosi tumoris species, quæ ab Hispanis, vulgò Zaratanes appellatur, & arte facillimè curabilis est, ex traditis per Ludouicum Mercatum, Rodericum de Castro, & Raymundum Io: Fortem. Suprà etenim distinctè satis probauimus, verum Cancrum Tumorem extitisse, & cum circumstantijs, cum quibus incurabiles naturalitèr Cancros Auctores adducti proclamant. Quinimò Zaratanis curationi medicamenta emollientia miscet Ludouicus Mercatus vbi suprà citatus, & ipse Rodericus à Castro, à Reuerendissimo Fidei Promotore adductus, à quibus cum data opera, & prudentèr abstinuerit Medicus curans (vt suprà notauimus) pro vero, & legitimo Cancro istum habuisse conuincitur. Et etiamsi concederetur (quod apertè, & omninò negatur) Zaratanem fuisse, tali modo, & finè manuali operatione curari non potuisset, scilicèt per omnimodam Tumoris abscissionem, vt expressè prædicti Auctores concludunt, quæ hic non fuit celebrata, sed post Tumoris rupturam miraculosam, sola extractio ipsius Tumoris adhibita fuit à Chirurgo, quæ & Miraculum auget, cùm peracta fuerit absque vllo Patientis dolore, & finè recidiua, quam in veris Cancris, vt hic erat, semper expectandam suprà allati Auctores ominantur, & ideò sectionem eius inutilem, & temerariam decernunt.

Quod autèm lamina plumbea hic adhibita summis laudibus ab Auctoribus extollatur in hoc morbo, vt ponderatur tertio loco; vltrò fateor, & concedo. Sed videndum ad quid laudetur ab Auctoribus. Forsan ad curandum Cancrum iàm perfectum? minimè; non solùm ad Cancrum, vt hic erat, sed neque ad Zaratanem perfectum, & adultum curandum; Tantummodò laudatur ad sistendum tumoris vtriusque incrementum, & ad compescenda sympthomata, acredinis, & ardoris; Id liquet apertissimè ex ijsdem verbis Mercati in Animaduersione adductis, *sed mirabili quadam efficacia creditur repellere, & acrem calorem compescere lamina plumbea*, quæ verba, vltrà quod id apertè significant, ex præcedentium contextu, & continuatione, paritèr id confirmant. Ponuntur etenim ab Auctore, sub eorum genere, quæ mitigandi dolorem virtu-

tutem habent, ibi = *Sic etenim primo huius mali accessu, dùm mammarum tumor, citrà manifestam causam dolere incipit, mitigare dolorem oportebit, vel his, quæ repellendi vires habent, vel his, quæ verè sunt anodina, aut vtriusque*, & omnes periodos sequentes ad istam relatiuas, & continuas semper contexit, ibi = *Sic etenim rosaceo vtendum est*, & deindè, *qui etiàm succi morcario plumbeo agitati plurimum probantur* : mox autèm; *Eandem quoque intentionem complent*; & postmodùm, *præstat, & idem beneficium*, & denique, *sed mirabile quadam efficacia &c.*, & prosequitur ea verba adducta à Reuerendiss. Fidei Promotore, sed semper inhærendo ad demonstrandum, interuenire hæc omnia pro mitigatione accidentium, non autèm pro curatione eradicatiua. Et in eundem sensum de laminæ plumbeę mirabili efficacia loquitur Rodericus à Castro, & ipse Galenus, & quicumque alij illam in hoc casu proponunt. Vndè etiamsi fuerit in præsente Patiente adhibita, cùm hic agatur de totali, & eradicatiua curatione miraculosè obtenta, & non de præseruatiua, aut palliatiua, non poterat Cancrum perfectum, & adultum curare laminæ plumbeæ vsus.

Nec quidquam facit, quod hic fuerit adhibita Chirurgica operatio, quæ pro integra, & eradicatiua Cancri curatione proponitur ab Auctoribus; quod opponitur quarto loco. Respondetur enim longè diuersam esse operationem à Chirurgo in hoc casu adhibitam, ab operatione Chirurgica, quam in Cancro, & etiàm in Zaratane curando, & extirpando laudant Scriptores, penès quos legi potest, & quam nè tædio sim, hic non extendo; summatim tamèn in eo consistit, vt aduertatur primo, quod in summitate mammæ sit Cancer, nàm si penitiores, & profundas radices egerit, nullo pacto tentetur; Et in nostro casu, profundissimè, & vsquè ad costas profundabatur; in quo casu expressè Rodericus a Castro monet esse ab abscissione abstinendum his verbis; *Reliquos* (Cancros intellige, vel Zaratanes) *qui aut mediam mammam occupant, aut propè costas sunt &c. auellere non licet*. Secundò, vt secetur superior cutis, & circumcirca rescindatur coniuncta caro, & separetur à tumore; Tertiò, vt tumor traijciatur filo; Quartò, vt gladiolo radicitùs extirpetur, & à loco adhæsionis eius abradantur radices. Quorum nihil in nostro casu peractum; Nàm iàm miraculosè, & fuerat detectus tumor, & à vicinis carnibus per se segregatus, & seiunctus, & à loco suæ tenacissimæ adhæsionis diuulsas obtulit radices, adeoùt nulla ars fuerit, & operatio Chirurgica necessaria, præter simplicissimam tumoris supernaturalitèr ex se separati, eductionem; Quod opus qualibet etiàm fęmina, quilibet imbellis, & imperitus puer, exequi potuisset; Vndè hæc actio, non alia ratione dici potuit operatio Chirurgica, nisi quià ab homine Chirurgiæ Perito fuit celebrata, sed præter id, nihil habuit Chirurgicæ peritiæ, & industriæ. Idque confirmat eductio Tumoris sinè vllo dolore, quod indicat antè Chirurgi accessum, molis Tumoris à partibus vicinis, & adhærentibus miraculosam separationem.

Adducitur demùm à Reuerendiss. Fidei Promotore Ioannes Scultet. *obseru.52.*, qui narrat se radicitùs extirpasse, & rescidisse cancrosam mammillam, cuius tamèn Cancer non adhùc altè figerat radices, idque post diligentes, & repetitas purgationes, sanguinis missiones, fonticulorum inustiones, cordialium exhibitionem, & post abscissionem, celebrasse vstionem in partè, & repetijsse purga-

gationes:quibus nihilominùs nihil suffragantibus diligentijs, die 11. pullularunt malignæ carnis excrescentiæ in parte, & die 18. ab abscissione herpes miliaris superuenit ibidèm, & quamuis eædem fuerint renouatæ diligentiæ, & curatiuæ, & præseruatiuæ, nullatenùs tamèn, die 21. ab operatione carnis insignis excrescentia suborta, ideòque iterùm repetita purgatio; Quæ omnia tamèn non nisi trium circitèr mensium spatio cicatrizationem concesserunt, relicto adhùc in incerto, an indè morbus sit reuersus. Ex hac itaque historia dubitat Reuerendiss. Fidei Promotor, vtrùm Cancer sit morbus insanabilis? Et ideò opponit hanc Sanationem naturalitèr potuisse succedere, non autèm Miraculo adscribendam esse.

Verum, vt omnis æquinocatio euitetur, duo sunt supponenda;

Primò: quod curationes, aliæ sunt veræ, & reales, aliæ sunt æquiuocæ. Curationes veræ sunt illæ, quæ morbi subiecto remanente succedunt per ablationem morbi, vt remanente corpore, extinguitur calor febrilis. Æquiuoca verò curatio est illa, qua non extinguitur directè morbus, sed tollitur vnà cum subiecto, vt quando pars aliqua gangrena correpta, & mortificata rescinditur, & amputatur, tollitur vtique morbus, sed non curatur realitèr; Ex quo deducitur notandum.

Secundò; Quod aliud est morbum esse simplicitèr, & absolutè insanabilem; Aliud est esse insanabilem tali modo naturalitèr. Prima acceptione insanabilis est obtruncatio priuatiua alicuius partis & membri, quod naturalitèr restitui nequit. Secunda acceptione est Pestis ex: gr: quæ licèt difficilis curatu sit, nihilominùs non est impossibile, quod naturalitèr sanetur. Verùm impossibile erit, quod sanetur sinè remedijs, sinè crisi, sinè naturæ, vel Artis viribus; Sic paritèr Hidrops aquosa non est curatu impossibilis, sed quod nullo præcedente Artis præsidio, & nulla præuia euacuatione dissipetur, vel quod abaperto, & hyante abdomine euacuetur per se aqua, & deindè sinè remedijs adæquatis breui tempore restituatur abdomen, & incolumis remaneat Patiens, physicè loquendo est impossibile.

His suppositis, & benè perceptis, excluditur illatio asserentium: fuit aliquando curatus ab Arte Cancer mammillæ, ergò curatio Cancri Ioannæ de Blancas non fuit miraculosa; Est etenim arguere à particulari ad particulare, quod non concludit; eoque minùs concludit, quià antecedens innititur falsæ hypothesi, nempè quod fuerit curatus Cancer, nàm fuit ablata mammilla, in qua Cancer erat, & sic æquiuocè, non vniuocè, & verè fuit curatus Cancer; Sed in Ioanna de Blancas fuit realitèr curatus, nam Cancro tantùm ablato, & remanente mammilla, in qua subiectabatur, Sanatio successit, & fuit Sanatio vniuòca, & non æquiuoca, vt in casu Sculteti, quæ quantum differat à præsenti in omnibus suis circumstantijs, breuitèr ostendere mens est.

Primò itaque Cancer à Scultheto curatus non altè adhùc figerat radices: *cùm radices profundas nondùm habuerit*, sunt verba eiusdem Scultheti *pag. mihi* 255. *in fin.*, & *pag.* 256. subiungit sollicitam fuisse sectionem, *ne longiora procrastinatione vlcus profundiora peteret*. At in Ioanna de Blancas adeò profundè adhærebant radices, vt costas attingerent, ex Teste 53. *nu.* 45. *Era così profondo, che fece di mestiere toccare con le tenagliole vna costa*. Quò autèm profundius hæret Cancer, eo periculosiorem, & magis insanabilem esse euidentissimè superiùs demonstrauimus §. *Omissis in præsenti*.

Secundò : infinitæ cauthelæ, & diligentiæ prępositæ fuerunt antequàm tentaretur operatio à Sculteto, nempè repetitæ purgationes Patientis, sanguinis extractiones administratæ, & exhibita cordialia, vt operi sufficerent vires, & in his peragendis plurimi dies insumpti; Sed in Ioanna de Blanchas nec minima diligentia peracta; Imò vt operi magis instantaneo, & repentinæ violentiæ curationis resisteret, vires supernaturalitèr (vt pium est credere) fuerunt concessæ; Cùm ex Hipocratis decreto *Aph. 5. lib. 3. Plurimum, atque repente euacuare, replere, calefacere, refrigerare, aut quomodolibet alitèr corpus mouere, periculosum.*

Tertiò : Sculthetus illi Abbatissæ totam abscidit mammillam, & hæc est curatio æquiuoca, vt dicebamus, & reuerà non aliam curationem admittit inibì Cancer, qui nihilominùs repululat, & recrudescit. Sed in Ioanna de Blancas solus Cancer exijt ex se, remanente mammilla, & separata cancrosæ carnis malitia à carne bona, quod rarissimum est, & difficillimum; perindè ac si aliquis demorsus à vipera velit demorsam partem obtruncare, vt mortis vitet periculum, erit curatio æquiuoca, quam potest etiàm Lanio, etiàm Baiulus, & quisque imperitus ministrare, sed si velit directam curationem adhibere, & antidota propinare, superiorem, & magis excellentem, quàm habet Idiota requirit peritiam, & id superat Baiuli, & Lanionis potentiam; Sic mammillam rescindere, vt Cancer ipsius curetur, est opus omnibus peritis Chirurgis commune, & in eorum facultate est; sed malitiam canceratæ carnis ab adiacente bona seiungere, istamque incolumen seruare, non modo Chirurgorum peritiam, sed totius Medicinæ, imò naturæ vires excedit.

Quartò : Post absciffionem mammillæ, fuit à Sculteto celebrata inustio super partem dissectam, vt sanguinis affluuium compesceretur, & residuum, si quod erat, malignitatis Cancri per potestatem ignis extingueretur. At in Ioanna de Blanchas nihil ex his peractum.

Quintò : His non obstantibus, alijsque diligentijs adhibitis in Abbatissa curata à Scultheto, post 11. dies ab operatione supercreuit carnis fungositas, cui pręcauendæ, licèt varia medicamenta adhiberentur, tamèn die 18. superuenit Herpes miliaris, & non obstantibus alijs præsidijs, die 21. luxuriauit insupèr carnis extraneæ superinductio, quorum phœnomenum, & sympthomatum occasione, nouæ sunt institutę purgationes, variaque auxiliorum genera in vsum reuocata; Quorum etsi minimum in casu, de quo agitur, adhibere necessarium nec fuit, nec iudicatum.

Sextò: In casu Scultheti cicatrizatio partis non nisi per tres menses, & ampliùs obtineri potuit, cùm à die 26. Iuni. peractæ sectionis, consumpti fuerint pro consolidatione 100. circitèr dies, nàm die 6. Octobris narratur liberam, & sanam post medicamentorum Iliadem discessisse : Et Ioanna de Blanchas nullo intercedente medicamentorum auxilio, nouem dierum spatio successit cicatrizatio perfecta.

Ex quibus omnibus clarè patet præfatum Scultheti casum nihil operari, quin præsens Sanatio Miraculo sit tribuenda.

Paulus Manfredus Medicus Collegialis, & Lector Primarius.

De

De primo asserto Miraculo:

ALIAS TERTIO.

Sanatio à Cancro Ioannæ de Blancas.

Ponderationes Medicophysicæ pro veritate D. Ioannis Trullij ex Officio electi.

IN Sanatione istius Cancri in Mammilla, quo laborauerat per septennium misera ista Mulier, adeò relucet Diuina Potentia, quæ vires naturæ longè excedit, & superat, vt per infrapositas Medicophysicas considerationes non solùm crediderim miraculosam fuisse hanc sanationem, sed procul dubio existimauerim Miraculum secundi ordinis, & secundæ speciei esse proclamandum; Quod quidem Iudicium sex validissimis innititur fundamentis; quorum primum erigitur in essentia Tumoris. Secundum erit diuturnitas temporis delati Tumoris. Tertium consistit in disruptione eiusdem. Quartum erit extractio illius Massæ carnis, quæ Cancrum constituebat. Quintum erit citissima caustatis relictæ carnificatio, & magni vlceris cicatrizatio, & consolidatio. Sextum denique erit perseuerantia salutis per septem annos absque regressu Tumoris. Quorum omnium sex Capitum rationes breuitèr exponam, vt euidentia Miraculi palàm elucescat.

Quoad primum de Tumoris essentia, non paruam mihi intulit admirationem in legendo, quod Medicus Bohoyos hunc morbum descripsisset per verba Scirri, & Zaratan non vlcerati, cum aliàs à Testibus tàm consanguineis dictæ Mulieris, quàm ab alijs Testibus exteris, qui Tumorem illum obseruarunt passim; & magis propriè per nomen Cancri fuerit denominatus, & eò magis, quia per ipsius Medici depositionem recensentur omnia, & propria signa ipsius Cancri, hisce verbis, *vt num. 2. = Riconobbe vn Tumore nella Zinna sinistra assai nero, e varicoso, quale saria della grossezza, e forma di vna pagnottella di vna libra con molta durezza &c.*, ex quibus verbis, & per ea, quæ sequuntur in suo examine; deponuntur semper omnes conditiones, circumstantiæ, & propria signa, quæ verò Cancro conueniunt, & ideò debebat Tumorem illum per nomen Cancri denominare, non verò per nomen Scirri, aut Zaratanis, sed quia fuit error traductionis Linguæ Hispanicæ, & per ea nomina ipsemet Medicus intellexerit asserere Cancrum, ad quem significandum vtuntur Hispani illo communi nomine Zaratan, idcircò per illud nomen morbum compellauit, quam nominis æquiuocationem, quamuis astulerit Reuerendissimus Dominus Fidei-Promotor, & nullam nunc facere possit difficultatem; Attamen opere pretium censui demonstrare, quod ille Medicus per illud assertum nomen Zaratanis verum Cancrum exprimere voluit; itaut posita etiam hac Zaratanis assertione, adhùc tamen de vero Cancro esset habenda interpretatio, & hoc dupliciter ostenditur esse verum. Primò quia Ludouicus Mercat. *lib. 1. de comm. Mulier affect. cap. vltimo*, sub nomine Zaratanis etiam ipse intelligit Cancrum, dum dicit: *Cum hoc tamen asserimus Tumores omnes duros, qui in Cancrum mutari contingit, tunc iure optimo nomine Zaratanes esse comprehendendos.* Secundo quia

Me-

Medicus præfatus in toto suo examine *ad num*.3. loquendo de causa materiali istius Tumoris, profort semper ea verba, quæ vero, & legitimo Cancro conueniunt, & non conueniunt, Zaratani, idest = *Che per ragione, che la causa materiale di questo Tumore, che patiua detta Inferma, era l'humore melanconico atrabilare, il quale è inobediente, stante la sua eccessiua siccità, e di qualità terrea, e che egli da se solo con le sue cattiue, e corrosiue qualità inulcerisce la parte, doue si ritroua, e per doue passa*. Hæc verba afferta explicant adamussim verum Cancrum ab atrabile productum, cuius proprium est rodere, & vlcerare, non verò indicant Scirrhum, aut Zaratanem, in quorum neutro datur exulcerátio. Quinimmò quod Hispani vtantur etiam hoc nomine Zaratanis ad exprimendum verum Cancrum, probatur etiam authoritate Michaelis de Heredia Medici præclarissimi Philippi IV. Hispaniarum Regis *in disp*.11. *de Mulieb. morb. cap*.1. vbi ex professo tractans de Zaratane dicit = *Vobis sit satis scire Zaratan esse Tumorem Cancrum verum minantem, aut eius emulum, quia eisdem accidentibus affligit quoad malignitatem*; Et sic etiamsi cum nomine Zaratanis illum Tumorem Medicus compellasset, verò veriùs est; quod secundùm Idioma Hispanicum, Cancrum significare intellexit; Sed, vt ponamus falcem ad radicem in hac nominis quæstione, satis sit dicere, quòd, quia agebatur de Tumore, qui propter malignitatem corrosiuam materiæ peruenit posteà ad vlcerationem, hæc conditio vtique non conuenit Zaratani, sed solùm conuenit Cancro, ideò de Cancro, & non de alio morbo intellexit Medicus Bohoyos. Habuit enim iste Tumor omnia signa, quæ legitimo Cancro conueniunt tàm præcedentia, quàm concomitantia. Etenim inter signa præcedentia habebat hæc Mulier temperamentum calidum, & siccum, maximè procliue ad Caucri generationem, cum esset exusta, & naturaliter tendens ad generationem Atrabilis, seù Melancoliæ, à quibus iste morbus producitur, necnon ratione ætatis erat in fine iuuentutis, & in principio ætatis consistentiæ, in quibus dominatur magis illa species bilis exustæ, à qua huiusmodi Cancri efficiuntur. Præterea erat etiam expurgatione menstruorum per plures annos iam destituta, & hæc sanguinis carentia est causa potissima generationis Cancrorum, vel in Vtero, vel in Mammis, docuit hoc Galenus, *lib*.1. *ad Glauc. cap*.10. tali pacto: *Tumores cancerosi in Mammillis præsertim Mulierum, quæ purgationem secundùm naturam non habent fiunt, quæ purgatio vbi modum seruauerit, tunc integra fruitur valetudine*. In quo sanè loco etiam adducit causam materialem generationis istius Tumoris sequenti modo: *Hi verò Tumores ex melancolica superfluitate generantur, hic humor dum sanguis in Hepate fit, fæci vinariæ proportione respondet, & generatur*. Dum generatur, & intra venas multiplicatur vnà cum sanguine, iste humor melancolicus fœculentus, quousque Mulieres menstrua habent, vnà cum sanguine menstruali per Vterum expurgatur, desinentibus verò menstruis, tunc cessante deorsùm illius humoris expurgatione, refluit ad Mammas, & ibi Cancrum producit. Hæc enim omnia præcesserunt tamquàm necessaria naturalitèr ad huiusmodi cancerosum Tumorem efficiendum. Post hæc præuentiua signa, quæ loco causæ antecedentis istius ægritudinis haberi possunt, superuenit posteà Tumor in Mammilla paulatìm crescens

immobilis, durus, inæqualis, coloris nigri, dolorem pungentem, habens, circumdatus venis turgentibus, quæ varicosum Tumorem repræsentabant, necnon magnum incrementum, & magnitudinem habens ad similitudinem panis vnius libræ, vt ex depositione in examine Medici constat. Hæc enim sunt omnia vera, propria, & genuina signa Cancri occulti, videlicet non vlcerati, vt docet Cornelius Celsus *lib.*5. *cap.*28. per verba hæc: *Circa locum Carcinomatis aliqua quasi puncta sentiuntur, isque immobilis, & inæqualis tumet, interdum etiam torpet, circa eum inflatæ venæ quasi recuruantur, hæque pallent, aut liuent &c.* Cum quo conueniunt sequentes Authores Paul. Æginet Med. *lib.*4. *cap.*26., Rasis Contin. 27. *tract.*3. *cap.*1., Ætius *Tetrab. sermon.*16. *cap.*43., Auicenna 3. 4. *tract.*2. 15., Ambros. Pareus Chirurg. *lib.*6. *cap.*26., Gabriel. Fallop. op. Ghirurg. *lib. de Tumor. cap.*14.

Probata ergò cancerosi Tumoris identitate ex supradictis.

Pro secundo fundamento auget sententiæ veritatem, etiam diuturnitas temporis delati Tumoris, quæ probat materiæ dicti Tumoris crassitiem, siccitatem, densitatem, terrestreitatem, & consequentèr ineptitudinem ad coctionem recipiendam, propter quas conditiones natura eam egrè concoquere non valens, in longum protrahit morbum, quo vsque tandèm tractu temporis paulatim ignescat, & erodendo demùm vlcus cancerosum efficiat, & tunc Cancer manifestus nuncupatur. Hanc rationem aperuit inter præclarissimos Italiæ Chirurgos Gabriel Falloppus *in tract. de Tumoribus cap.*19. hisce verbis: *Ex succo verò melancolico, qui vix inexperit putrescere, fit Cancer non vlceratus, malignior, & hinc patet, cur Cancri tamdiù durent, quia materia hæc frigida, & sicca non ità facilè putrescit, & quamdiù sine putredine est, tamdiù Tumor durat.* Ergo perseuerantia Tumoris duri ad multum tempus, nimirùm ad septennium, veri Cancri existentiam in dicta Mammilla confirmat.

Disruptio Tumoris, quæ in tertio fundamento erat examinanda, Miraculum contestatur; Quia etiamsi cancerosi Tumoros Mammarum integri progressu temporis vlcerentur, & disrampantur, vlcerantur tamen paulatim per erosionem factam à materiæ acredine corrodente, propter quam erosionem maleficum, & ferum vlcus cognominatur à færis, & maleficis Animalibus, quia, vt inquit Ætius *lib.*16. *cap.*44.: *Est id morbi genus proteruum, quod curatione efferatur, & manuum tractatu exacuitur*: Et paulò infra dicit: *At si Cancer exulceretur, iugitèr erodit, & profundum suffodit, nec sisti potest, saniemque emittet quocumque ferarum veneno nequiorem copia, & odore abominandam.* Comprobauit Ætij doctrinam inter recentes Chirurgos Franciscus Pecettus Cœlestinus *lib. cap.*30. vbi vlcerati Cancri signa exponens dicit: *Quod non solum adsunt ea signa Cancri antequam disrumpatur: Sed vlcerationem contrahens, corruptæ carnis speciem repræsentat, & visu est horrendum, labia habens dura, crassa, tumida, erosa atque inuersa, & maximè dolentia, colore inter rubrum, & nigrum, medio vtpotè fusco, aut liuido, & saniem emittit fœtidissimam, & copiosissimam, tenuem nigram, aut fuluam.* Ex quibus Doctrinis desumitur, quod quando Cancri integri disrumpuntur, non solùm non tendunt ad salutem, mediante disruptione, sed è contra tendunt ad interitum, & mortem sollicitant per erosionem, & depascentiam carnis, in qua existunt, cum illa materia,

quæ

quæ ab vlcere egreditur, fit maligna, corrosiua, & omnes substantias partium exedens. Hoc igitur posito veritatis fundamento, quomodò fieri vnquàm potuit naturaliter, quod Tumor per septem annos cum magna duritie gestatus, & postea per intercessionem B. Solani accepta gratia leuaminis à doloribus atrocissimis, quos patiebatur Mulier, ex improuiso disruptus fuerit Tumor, & effundere potuerit de repente, non saniem virulentam, vt ab alijs cancerosis Tumoribus egredi solet, sed emiserit tantam serositatem ad instàr aquæ limpidissimæ, quæ Adstantes, & parietem conspergere potuerit? Hoc sine dubio nimis recedit à natura Cancri, & recedit ab ordine ipsius naturæ, quia transmissio illius serosæ materiæ, neque substantia, neque colore, neque quantitate conuenit cum materia Cancrorum. Non substantia, quia hæc fuit serosa, & aquea, quæ numquàm à Cancris emittitur, à quibus saniosæ substantiæ, corruptæ, & fœtidissimæ eliminantur. Neque colore, quia à Cancris nigerrima sanies, aut liuescens, aut subfulua erupit, at verò ab hoc Tumore aqua limpidissima prosilire visa fuit. Neque quantitate, quia à Cancris de die in diem excluditur illa sanies, quæ conficitur ab vlcere à prauis humoribus illùc confluentibus exorta. Verùm cum Cancer sit Tumor durus, & cauitatis expers, non poterat colligere, & continere tantam materiæ colluuiem, quantam exclusit vnica vice, ad libræ mensuram, ista Mulier: Nam ista egressa serosa colluuies, erat collecta intra Tumorem, de sui natura cauitatis expertem, quando integer est, & nondùm disruptus, & tamen in eo Tumore erat conclusa, à quo posteà de repente disrupto impetu iam descripto prosilire visa est, quod fuit maximus recessus à natura Cancri, cuius proprium est materiam saniosam paulatìm expurgare, proùt humoris atrabilaris exedentis copia maior, vel minor ad Cancrum confluit, vel proùt materia illa ad instar fœcis vini secundùm Galeni mentem in Tumore conclusa, & concreta, paulatìm dissoluitur, & paulatìm in saniem conuersa expurgatur. Ergò sanatio istius Tumoris per huiusmodi disruptionem facta, non fuit naturalis, cum ex natura Cancri talis disruptio, & tali modo facta, non debuisset fieri, cum istud in Cancro habere debeat pro naturæ portento, quia regularitèr sequi non solet, & ideò ad Miraculum meritò sit recurrendum.

In quarto capite probationis Miraculi ponitur extractio illius carneæ massæ, facta in instanti sine sanguinis effusione, sine incisione, aut alia alterius fortis præcedente præparatione, quæ quidem carnis extractio excedit ordinem naturæ, & maximè in casu Cancri. Etenim Cancer ille, qui peruenerat ad illam magnitudinem, quæ totam Mammillam sinistram vsque ad axillam occupabat, & panis vnius libræ conpnlentiam æquabat, neque ab Arte Chirurgica, neque à natura tali modo operante, erat naturalitèr sanabilis, & ratio adducitur à Fabritio ab Aquapendente *in citat.cap.*22. vbi loquens de ablatione integra Cancri, notat sequentes cautiones: *Et primùm Cancer, qui omninò pectori, seù Mammis inhæret, omninò est deploratus, cum enim carni admodùm sint infixi, radicitùs extirpari nequeunt, & semper periculum habent profusionis. Et licèt Cancer infixus non sit, eius tamen curatio est periculosa &c.* Ablatio illius massæ carnis à Chirurgo facta, fuit facta sine incisione cum ferro, & sine vlla separatione ab adiacentibus partibus, à quibus omnes radices

Cancri similes digitis manus, sponte auulsæ, & disiunctæ erant, & per se separatæ. Et hoc ab Arte Chirurgica factum non fuit, & difficultèr, immò per impossibile fieri potest, nisi crudelis exerceatur carnificina in separando omnes illas caudas firmiter carnibus, & ossibus costarum adhęrescentes, propter quam inseparabilem adherescentiam Cancrum appellarunt nonnulli Scriptores, *vt videre est apud Rogerium*, quia nimis stringit partes illas, quibus adhæret ad instar Cancri, qui rem, quam suis Chelis, seù forcipibus apprehenderit, fortissimè retinet, & non reliquit. Propter istas fixas, & firmas Cancri radices, quæ ad instar radicum plantæ in terram existentis, omninò, & vsque ad minimas, & vltimas partes euelli nequeunt: sequitur, quod licèt veteres, & recentes Chirurgi Cancrum è Mammis ferro radicitùs excidere tentauerint, attamèn integram Cancri sanationem non fuerint assecuti, non alia de causa, nisi quia per illas superstites caudas, atque radices nouum alimentum recipit pars estirpati Cancri, & per affluxum illius eiusdem Tumoris repullulat Cancer, & renouatur, itaùt ad illas radices cancerosas exterminandas ex integro ferro cādenti vsi fuerint nonnulli Chirurgi, & tamen quandoque, & sæpè repullulent Cancri. Hic enim in sanatione, de qua agitur, nulla præcessit Chirurgia, neque incidendo Tumorem, neque separando, aut seiungendo globum carnis, qui erat Cancer adnexus pectori, neque adurendo ignitis ferreis partem ipsam, vbi separata fuit illa carnis massa; Et ideò Aquapenden. *citato loco* referens difficultates curationis Cancri in Mammis, addit demùm illa verba: *Et insuper, quod peius est prioribus, nisi Cancer radicitùs extirpetur, nullo modo deinceps ad Cicatricem potest perduci.*

In quinto capite probant sanationem miraculosam citissima carnificatio, & repletio cauitatis, & magni illius vlceris relicti cicatrizatio, quæ in Cancro vlcerato ab Arte Chirurgica ægre obtinetur. Probatur hæc conclusio ex Doctrina Ambrosij Parei *lib.6. cap. 29.* vbi loquendo de Cancro vlcerato dicit: *Id vlceris genus malignum est, rebelle, intractabile, vt quod mitia remedia aspernetur, acribus autem, & fortibus ampliùs efferetur, auctis indè dolore, febre, omnibusque symptomatibus ex quo sequitur virium prostratio, Corporis marcor, & consumptio, tandemque mors.* Non poterat ergò vlcus tàm prægrande ab extracta carnis massa relictum, & cauitas tàm insignis, tàm breui tempore carnificare, & noua repleri carne; Tum quia ab vlcere canceroso, & maligno emergit semper sanies virulenta, quæ non permittit vlceris carnificationem, quia illa sanies maligna, quæ egreditur a tali vlcere canceroso, potiùs corrodat, & depascatur partem, quam tangit, quàm eam carnificet: Etenim carnificatio est opus naturæ, quæ vtitur optimo, & laudabili sanguine per venas, & arterias intrà vlcus delato, quem postea carnibus assimilat Natura adiacentibus vlceri, & ita paulatim vlcera replentur carne, & posteà cicatrizantur. Hoc igitur fieri non potuit, neque tam breui tempore fieri potuit naturalitèr in hoc tam magno vlcere canceroso, relicto post carnis nigræ extractionem. Non poterat fieri tam breui tempore, quia carnificatio fit paulatim per sanguinis appositionem, & paulatinam assimilationem, quæ longum tempus requirit, & per impossibile nouem tantummodò dierum decursu consolidari poterat, & ad cicatricem perduci, cum istud vlcus de-

sui natura insanabile sit, & vsque ad mortem veluti indomita fera semper deuoret partem. Addendo, quod non ita facilè, neque tam citò poterat Natura reproducere carnem in illa cauitate, in qua per carnis illius extractionem detecta remanserunt Costarum ossa, quæ in fundo vlceris conspiciebantur; Etenim super ossa non ità supercrescunt, & generantur carnes, maximè quando ossa eadem aliqualem contraxerint labem, vt docet *Galen. lib. 3. Method. cap. 8.* hisce verbis = *Quam fieri non possit, vt in vlcere, vel carnis productio, vel sinus impletio, vel agglutinatio, vel cicatricis inductio rectè vmquam cedat, nisi subiecta caro pro naturali modo se habebat.* Quod à Galeno dicitur de carne, multò magis dicendum est de osse.

Quod tandèm sexto loco Sanationem hanc miraculosam ostendit, est perseuerantia salutis per septennium, absque regressu eiusdem Tumoris. Etenim natura Cancri est reuiuiscere etiam post sui ablationem, cum per experimenta constet à tot præclarissimis Chirurgis facta, qui Cancros ferro recidere tentarunt, & posteà candentibus ferris excisam partem exurere, nullatenùs, vel in eadem parte, vel in alia reuiuiscere, & repullulare visi sunt, quia licèt amputetur Cancer genitus in Mamma infixus, nihilominùs remanet intùs in visceribus causa efficiens, quæ continuò humorem illum malignum atrabilarem generat, qui, vel ad eamdem, vel ad aliam partem delatus, nouum, & similem reproducit morbum. Quæ veritas confirmatur authoritate etiam Cornelij Celsi *lib. 5. cap. 28.* dicentis = *Quidam scalpello exciderunt, quidam ferro adusserunt, neque vlli vnquam Medicina profuit, sed adusta protinùs concitata sunt, & increuerunt, donec occiderent; excisa verò post inductam cicatricem reuerterunt, & causam mortis attulerunt;* Ex qua doctrina satis apparet, quod vlcerati Cancri sanatio non potest perseuerans contingere, quia morbus reuertitur, & cum eodem *Celso* scribere mihi licèt, quod, Cancro in Mammis curato, alius, in vtero sucrescit, velocioris mortis causa existit.

Vt tamèn respondeam multis Animaduersionibus, quas Reuerendissimus Dominus Fidei Promotor proponit, & primò quod antè Sanationem istius morbi præcesserit applicatio Laminæ plumbeæ, tamquam remedium efficax à *Ludouico Mercato, & Roderic. Castren.* prælaudatum, & quod repellere, & acrem calorem compescere valeat, Sed ista allata difficultas facilè diluitur, considerando, quod applicatio laminæ plumbeæ facta antè disruptionem Tumoris, & per longum tempus gestata, nullam repulsionem, aut contemperationem induxerit in Tumore, quinimò non solùm illam repulsionem non fecit, vt euanesceret Tumor, neque calorem partis compescere valuit, sed potiùs eum calorem repellendo, morbum irritare, & augere potuit, vt patet per ea, quæ sequuta sunt post Laminæ gestationem: etenim ex propria Infirmæ Mulieris depositione *ad numerum* 17. asseritur per quinque annos illam Laminam plumbeam se gestasse, à dicto Medico Bohoyos prius applicatam; & tamen nullam vtilitatem suscepisse, immò damnum euidentissimum obtinuisse, vt probant verba ipsius = *E con tutto ciò andaua crescendo detto Tumore, & al fine di essi in altri due anni, vedendo che andava sempre più crescendo, che la detta piastra si era leuata, perche già non si poteua più soffrire, stante che haueua fatta*

piaga

piaga nel canale delle Mammelle &c.: Ex hoc euidentèr deducitur, Laminam plumbeam gestatam neque propulsasse, neque compescuisse calorem Tumoris, qui postea inuita Lamina ad exulcerationem deuenit.

Animaduertit secundò Reuerendissimus Dominus Fidei Promotor contra Releuantiam, quod cum omnes Testes, qui de hoc morbo deponunt in Processu originali Hispano vtantur eodem verbo *Zaratan*, & dictus Medicus Bohoyos addat qualitatem *non vlcerado*, hinc resultet dubitatio; An idem morbus esset ex sua natura incurabilis, dicente ipso Medico in *num.* 3., *che era quasi incurabile*; Quam quidem Animaduersionem roborat Illustrissimus Dominus Promotor, etiam solida Ludouici Mercati, Roderici Castrensis,& Raymundi Ioann. Fort. doctrina, probantes Tumores istos curabiles esse.

Hæc tamen Animaduersio non vrget contra assertionem Miraculi ob plures rationes. Primo, quia cum vsitatum sit apud Hispanos sub nomine *Zaratan* intelligere Cancros, hinc est quod illi Testes, qui de hoc morbo in Processu deponunt, vtantur semper eo vocabulo *Zaratan*, quod apud ipsos idem sonat, ac verbum *Cancer*, vt satis probatur supra in Responsione *ad Animadu*. §. *Verùm*. Quod verò Medicus Bohoyos addat illam qualitatem *non vlcerado* hæc allata distinctio explicat mentem Medici, qui intellexit loqui de Cancro occulto, cuius solummodò proprietas est processu temporis ad vlcerationem peruenire, ad quam dum perdenerit, tunc Cancer vlceratus appellatur, ad differentiam Cancri occulti, idest non vlcerati. Quando verò supradicti citati Authores Medici enunciant, Cancros sanabiles esse, intelligunt de illis Tumoribus spurijs, & nothis, factis ex miscela bilis cum pituita, aut sanguine pituoso, à qua mixtione oriuntur Scirrhi illi duritiem habentes ad similitudinem Cancrorum, sed verè Cancri non sunt,quia non habent neq; illum liuidum, & obscurum colorem, neque venis adeò varicosis, & violaceis sunt circumscripti, neque doloribus acutis, pungentibus,& lacinantibus diuexantur, neque tandem calorem,& ardorem habent in parte perceptibilem, & qui tandèm ægrè ad vlcerationem perducuntur: de hisce spurijs Mammarum Tumoribus intelligunt præfati Authores, vt constat ex eorum Doctrina, quando eos sanabiles compellant, non verò intelligunt de veris Cancris, qui à sola atrabile, aut melancolia exusta proficiscuntur, vt in casu nostro, a qua præter duritiem Tumoris, & magnitudinem, proueniebat etiam Tumoris liuescentia, venarum varicositas, & distensio, acuties magna doloris, & lancinatio, ob quas ex consilio Medici opus fuit deuenire ad applicationem Hisquiami, qui narcotica sua, & stupefaciente virtute dolorem ingentem partis obstufacere posset Quinimò ex depositione multorumMedicorum,&Chirurgorum,de quibus fit mentio *num.*22., *&* 23. habetur declaratio explicita Iudicij habiti super desperationem,& incurabilitatem istius Tumoris, dum ab ipsis asseritur *n.*23. *E fattala spedita per non trouarsi rimedio in detto male*. Immo cum Medicus quidam Cordubensis accessisset ad eamdem Vrbem Montillæ pro curanda DominaMarchionissa de Priego, & vidisset Cancrum Infirmæ, de qua agitur statim eam deplorauit, dicendo, ibi *eod. n.* 23. = *Che tal male non haueua rimedio humano, che perciò si conformasse con la volontà di Nostro Signore*,

per-

perche quando meno se lo pensaua sarebbe rimasta morta. Itaque obiectionis releuantia vnà cum citatis Authoribus non tenet, quia illi loquuntur de Tumore Mammarum spurio, Scirrho nuncupato, qui aliquando, & difficultèr curationem recipere potest in principio suæ apparitionis, antequàm in parte valdè indurescat, & ingradescat, non verò militat in vero Cancro per septem annos delato cum tot cruciatibus, vt in casu nostro, de quo agitur, qui omninò insanabilis erat ex Arte. Quod autem Medicus dixisset: *era quasi incurabile*: hoc fuit in prima Visitatione, & loquendo cum ipsa infirma, vt habetur in eius depositione *num.*3., cui Infirmæ non debuit ante tempus, mortis periculum enuntiare.

Animaduertit tertiò R.mus Promotor Fidei, quod posita etiam in Mammis Mulierum existentia Cancri, adhùc tamèn hæc Tumoris species remediorum ope sanari posse probatur authoritate Galeni 2. ad Glauc., & ex historia Curationis Mulieris à Cancro annua purgatione liberatæ, quam refert Zacutus *in lib.*2. *Historiaci Medici Princeps hist.*28.

Quibus sanè Authoritatibus satisfacere facile est, easque difficultates diluere non arduum opus. Etenim si consideretur Galenus *in cap.*4. ibi loquitur de Scirrho, qui est Tumor inferioris notæ respectiuè ad Cancrum, & ibi distinguit Scirrhum in insensibilem, quem incurabilem esse putat, non tamèn facilem curationem admittentem. Si ergò Scirrhus insensibilis incurabilis est, & difficulter sentiens tutò facilem curationem admittit, quantò magis impossibilitatis erit in curando Cancro, qui est Tumor longè in malignitate, ac prauitate materiæ, & in incurabilitate discrepans à Scirrho? Nam posita incurabilitate in morbo minoris famę, & maior erit impossibilitas in morbo maioris famæ, maioris malignitatis, & maioris periculi. Si verò consideretur Galenus *in cap.*10. *d. libri*, vbi expresè loquitur de Cancro Mammarum in Mulieribus; proponit ibi extirpationem Tumoris cùm ferro à manu Chirurgica totum Tumorem per incisionem faciendam, qua partibus sanis adhæret, circumcidendo, sed statim duo euidentissima mortis pericula minatur Galenus, nempè: *Maximum sanguinis profluuium, quod ex vasorum incisione oritur, quod periculum præcaueri non potest, nisi per vasorum ligaturas, ad quas sympathiæ, idest passiones per consensum insequuntur; Alterum periculum est, quod si morbi radices exurere velis Chirurgus, neque huic rei maximum periculum deest, cùm propè principes partes adustio fiat.* Quarè Galenus ibi proponit curationem per incisionem omnimodam totiùs Tumoris manu Chirurgica faciendam, sed maximè periculosam, propter illas duas circumstantias allatas. Nostra Patiens euasit à morbo sinè hac Chirurgica incisione, & propterea dispar nimis est sanationis modus. Si Mulier, de cuius sanatione agitur, passa fuisset per Chirurgicam manum totiùs Tumoris incisionem vsque ad radices, si ad Sanguinis profluuium sistendum ligaturas sustulisset, si pro exterminantis Tumoris radicibus exustionem ferro candenti factam sustulisset, dicerem, Mulierem hanc ad mentem Galeni sanatam fuisse naturaliter, sed omnia diuersimodè euenerunt; Nam ex Miraculo tota Cancri moles ab adiacentibus partibus seiuncta, & separata fuit vsque ad extremas radices, quas non ferrum candens, non nouacula excidit, aut exterminauit, sed

ma-

manus, Præpotentis Dei per intercessionem Beati Solani non sinè admirabili stupore separarit.

Obijcit quarto loco Illmus, & Rmus Fidei Promotor, fieri posse Cancri sanationem per medicamenta purgantia, vt idem Galenus in præcitata Historia citato loco proponit, exemplo Mulieris à Cancro liberatę mediante annua purgatione, & Zacutus Lusitanus confirmat.

Quam obiectionem dilucre videtur eiusdem Zacuti Doctrina in Paraphrasi illius Textus adducta, vbi idem Zacutus laudans Galenum, qui pro huius Mulieris præseruatione hac via tutus incedens ipsi à tanto malo præcauisset, exhibendo medicamentum magnum, & frequens, adhoc, vt crassum, & terrestrem humorem condicare potuisset, qui, quoniam rebellis, & renitens est, vnica vice educi non potest, sed paulatim debet coqui, & euacuari. Verùm enim verò postquam Zacutus laudauit Galenum in hoc curandi modo, subiungit posteà in dicta Peraphrasi explicationem curationis à Galeno factæ *per annuam purgationem*, & admonet Lectorem, ne credat curationem illam fuisse in vero Cancro, hisce verbis: *Neque mireris cancerosum Tumorem ab hoc peruicaci humore subortum purgationi succubuisse, qui nullis nunquam auxilijs, vel vehementissimis refrenatur, iuxtà Aphorismum Hippocratis* 6. *Aphoris*. 38., *vbi dicit, Cancros occultos habentes melius est non curare; Curati enim citò pereunt, non curati verò longius tempus perdurant; Nam Galenus hìc non loquitur de Cancro, in quo venæ atrabilario plenæ, & extentæ instar pedum animalis Cancri sunt, & pertinaciter hærent loco, quem apprehendunt, vt Cancer Animal, nec de Cancro vlcerato loquitur, cui atrabilis efferuescens, & acris originem dedit, sed de tumore canceroso, qui licèt Cancri naturam sapiat, ab illo tamen valdè distat*.

Quarè corruit difficultas, ex eo, quia sanatio, quæ censetur possibilis per purgationem in Cancro Mulieris, intelligitur de Tumore incipiente, vt sonant verba Galeni hìc adducta: *Hunc igitur morbum in principio sanauimus, & tunc præcipuè cùm melancolicus humor non admodùm crassus videbatur existere*, & intelligitur de Tumore habente solummodò dispositionem, & participantiam, seù in via ad Cancrum, non verò intelligitur, aut vmquam intelligi potest de perfecto Tumore atrabilario; qui exquisitus Cancer appellatur, vti erat ille in Muliere, de qua disseritur.

Quintò tandem inter obiectiones, quę doctissimè referuntur ab Illmo, & Rmo Promotore Fidei, est exemplum illud relatum à Ioanne Sculteto in suo Armentario Chirurgico in *cent. obseruat. obser*. 52., sed quantùm differat, quantùm discriminetur casus ille, & illius sanatio à casu, & sanatione sequuta in Muliere nostra, ex his sequentibus apparebit. Primò quià illi Religiosæ Abbatissę, Cancrum habenti integrum, & non vlceratum, admota priùs fuerunt à Barbitonsore medicamenta emollientia, & humectantia ad maturandum Cancrum, licèt hoc imprudentèr factum fuisset, & posteà ab ipsomet tentata fuit dissertio, in qua cùm viderit Mammam cruore conspersam, Lepore timidior aufugit, successiuè in manibus Sculteti depositata Ægrotante, sic male à priore Chirurgo tractata, iste ob summum dolorem, fœtorem, & putredinem curat Mamillam ablutione cuiusdam decocti Diuini, & posteà aspersione pulueris ex

Alu-

Alumine vſto, Tutia præparata, lapide Chryſolito, & Scordio parata, & deſuper Ceratum ſuperimponit. Præſcripſit ſucceſſiuè Vinum laxatiuum ex Hydingogis, & Melanagogis, quo corpus per epicraſim à vitioſis humoribus expurgaretur, ſanguinem etiam ex vena brachij extraxit, poſteà viperinos trociſcos in condito paratos exhibuit, quibus remedijs purgato, & præparato corpore, ſectionem Cancri inſtituit, tot diligentijs adhibitis traijciendi filamenta in infima Mamillæ baſi, mediante duplici acu obleníà, & acutiſſima, vt delineatum eſt in Tabula ab ipſo impreſſa, & ità ligatam Mamillam acutiſſimo ſcalpello à muſculo pectorali indicitus abſtulit, & ſucceſſiuè candenti ferro locum inciſionis inuſſit, deindè puluerem adſtringentem loco affecto appoſuit, & ità curationem per moltos dies protraxit, varia applicando medicamenta, nimirùm dando etiam vinum laxatiuum pluries repetitum, aperiendo fonticulas tùm in ſiniſtra coxa, tùm in brachio dextero, ad reuellendum, & deriuandum humorem, qui ad Mamillam fluebat. Quibus remedijs non obſtantibus, cùm quædam carnis excreſcentiæ ſuperueniſſent, opus fuit nouis localibus remedijs vti, & purgationibus, itaùt curatio, quæ incæpit de menſe Iunij non fuiſſet abſoluta, niſi de menſe Octobris, & ſic per quinque menſes durauit iſta curatio. Ignoratur tamen, quid poſteà accidiſſet.

Diſcrepantia, & diuerſitas curationis facit, vt magis ſplendeſcat excellentia iſtius Miraculi in noſtra Ægrotante, cui nullum fuit applicatum medicamentum parti, quia ex iudicio Medicorum, & Chirurgorum incurabilis Cancer denunciatus fuit; Illi neque medicamenta corpus purgantia exhibita fuerunt, quæ prauos eduxiſſent humores. Etenim tamquam deplorata, & ſine ſpe ità derelicta fuit ſine medicamine; Illi Tumor neque filamentis, neque acubus, neque ligaturis diſpoſitus fuit ad inciſionem: Illi nulla ſcalpello facta fuit diſſertio vſque ad coſtas ad integrum auerruncandum Tumorem; Illi candentia ferramenta non fuerunt admota, Illi opus non fuit pulueribus adſtringentibus ſanguinem ſiſtere, neque vlceris curationem ad menſes protrahere, vt factum fuit à Sculteto in illa Abbatiſſa. Quia noſtra Ægrotans à Beato Solano obtinuit totam ſui Cancri miraculoſam ſanationem, cùm per eius interceſſionem Tumor ſine vllo emolliente medicamento applicito, ad maturationem perueniſſet, ſinè vlla ſcalpelli diſſertione, radicitus ab adiacentibus coſtis ſpontè ſeparatus fuiſſet, ſine vlla vehementia integer totus carneus, & cum caudis, quibus colligatus erat, euulſus fuiſſet, ſinè vlla puluerum adſtringentium applicatione ſanguis non erupiſſet, ſinè vlla vnguentorum, & ſarcoticorum introductione, cauitas adeò profunda, quæ remanſit poſt ablationem tantæ carneæ molis, adeò breui tempore repleta fuerit, & totaliter cicatrizata, itaùt illa curatio Sculteti, quæ per quinque menſes perdurauit, vt fieret regulariter ſecundum leges Artis, & ſecundum operationes Naturæ, & in hoc caſu ſine legibus regularibus Artis, & ſine operationibus neceſſarijs Naturæ vnico die contigit fieri totiùs Tumoris ablationem, & nouem ſolummodò dierum curriculo, ſiue remedij concurſu totius cauitatis integram carnis repletionem; ex quo reſultat proculdubiò Excellentia Miraculi.

Quarè ſanatio huius morbi, attentis tot circumſtantijs circà modum,

circà tempus, & circà reliqua in parte affirmatiua Miraculi exposita, quæ incolumen reliquit hanc Mulierem à præfata Ægritudine, non ab Arte Medica, & Chirurgica, non à Natura regulariter agente, sed præter ordinem, & supernaturaliter ex gratia Dei per intercessionem Beati Solani obtenta existimari debet; Et tantæ dotis mihi reputanda videtur hæc Ægritudinis sanatio, vt quia in tot annorum Medicę Praxeos obseruatione, in tot Scriptorum Historijs, & obseruationibus habitis lectione, similem casum neque viderim, neque audiuerim, neque legerim, proculdubiò existimauerim, hoc Miraculum adeò Naturæ potentias, & vires excedere, vt Miraculum secundi ordinis, & secundę speciei declarari debeat ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei.

Ioannes Trullius Medicus Collegiatus inter Protomedicos Generales adscriptus, & Medicinæ Theoricę in Almo Vrbis Archigymnasio publicus Professor.

LIMA-

LIMANA

Canonizationis

B. FRANCISCI SOLANI

Ordinis Minorum S. Francisci de Obseruantia.

SVPER DVBIO

An, & de quibus Miraculis constet in casu &c. & signanter super primo Miraculo, alias Tertio.

Sanationis Ioannæ de Blancas ab asserto Cancro.

Consultatio Medico-Physica pro veritate D. Doctoris Angeli Modij Sacri Palatij, ac Archihospitalis Sancti Spiritus Medici primarij.

Nec non Chirurgica D. Ioannis Baptistæ Pieri Doct. Medicinæ in Collegio Sapientiæ Sacri Palatij, & Hospitalis Consolationis Chirurgi.

Beatissimo Padre.

LA base, & il fondamento sopra del quale si deue à mio credere fermare la conclusione di vero, e puro miracolo nella sanatione di vn male naturale, deue essere lo stabilire con le regole dell'Arte medica, che quel tal male sanato, fusse di sua natura, & essenza incurabile, & insanabile, ne dalla natura, *quæ est morborum medicatrix*, si potesse, nè dal Medico, *qui est tantum Minister*, si sapesse con la sua arte sanarlo, perche all'hora il male merita giusto titolo d'insanabile, e la cura di esso, di miracolosa.

Tale appunto saria la Cura del male, chiamato Cancro, che da Hippocrate, Galeno, e da tutti l'Autori, anzi dà tutte le Scuole, quando sia vero, e legitimo Cancro, vien dichiarato incapa-

ce di Cura, e naturalmente insanabile. Così anco merita titolo di miracolosa la sanatione d'vn male, benche di sua natura sanabile, quando si sanasse *contra ordinem, & supra vires naturæ*, il che dall'Autori vien distinto col termine, di miracolo *primi, & secundi generis*, come dottamente vien dichiarato da Paolo Zacchia, *qu. Medicoleg. lib. 4. tit. 1. qu. 2. & 3.* le di cui parole si riportaranno à suo luogo.

Supposta questa hipotesi, se si vorrà hora stabilire, e supporre per à bastanza prouato, che il male del Tumore della Mammella di Giouanna de Blancas da Montillo, come si riporte nel Sommario, fusse vero, e legitimo Cancro, si potria la sua sanatione stabilirla per miracolosa, non solo per l'essenza del detto male, incapace di Cura, & insanabile, mà anco per le sue circostanze, come il rompersi, & aprirsi affatto tutto il Tumore da se, senza verun'Istromento incidente, e senza verun'medicamento locale emolliente, anzi con hauerci applicato medicamenti astringenti, & esiccanti per indurir la parte offesa della sinistra Mammella, di più per l'esito di tutta la materia racchiusa in detta parte, rompendosi con impeto, & in vn sol'atto sbruffando vscir da mezzo Boccale di siero chiaro, senza fetore, e senza sangue &c. quando per altro dal Cancro, benche alle volte, che si suol rompere dà se, esce à poco à poco per vices vna materia torbida, fuliginosa, atro sanguine, simillima come notano gl'Auttori, fetidissima, & altre particolarità, le quali benche sintomi communi ad altri mali consimili, vniti però con l'essenza, & esistenza del vero Cancro, la sanatione *superat, & excedit vires naturæ*.

§. Vnico.
Stabilitur status quæstionis: Arguitur ad partes: Et concluditur quod etiam si morbus non subsisteret in verò Cancro, adhuc firmus manet, Sanationem fuisse verum, & proprium miraculum, saltem quoad modum videlicet secundi generis;

Mà la difficoltà maggiore stà, al mio parere, il poter stabilire, che l'accennato male della sudetta Giouanna possa certamente giudicarsi Cancro vero, e legitimo, Ludouico Mercato, gran pratticante Medico, nel primo Lib. o *de Com. Mulierum affectionibus cap. 16* dice, *sex Tumorum sortes Cancrum simulantes, aut minantes Fæminarum Mammis succrescere posse &c.* & alla giornata da Professori si osseruano casi de mali complicati, e si considerano per mali misti, cagionati da miscela d'humori varij, & putridi, e secondo la costitutione, e temperamento dell'Infermo.

L'Auttori si sono molto affatticati di contrasegnare ogni sorte di male con i segni proprij, con i quali si potesse facilmente distinguere l'essenza d'vn male, dall'altro benche consimile, e complicato. Li segni distintiui, che si chiamano diagnostici del vero Cancro, con i quali si distinguono da esso l'altre sorti di mali consimili, come il Scirro, il Zaratan, ò altri mali, che possono assomigliarsi, ò complicarsi col Cancro, che se bene lato modo si chiamano sotto nome di Cancro, mà realmente, e rigorose, non sono tali, & in conseguenza, non sono di quella specie, che Hippocrate li chiama incurabili, e de quali dice = *Melius est non curare &c.* = li segni dico distintiui sono descritti vniformi dà tutti l'Auttori, che trattano di Cancro.

Daniel Sennerto, che hà fatta la raccolta, & il compendio di tutti l'Auttori, che hanno scritto prima di lui al libro primo de Tumoribus *part. 1. cap. 20.* dice = *Interinitio Cancer adeò facile non agnoscitur, cum primò vix Ciceris, vel Fabæ magnitudinem æquet*, poscià però, *vbi incrementum sumpsit, & in maiorem molem attollitur*,

tur, & grauia signa, & symptomata habet, vt à quolibet facile agnosci possit; Est enim Tumor hic durus, colorem habet plumbeum, vel liuidum, seù nigricantem, aliàs tamen magis, aliàs minùs prò diuersitate materiæ, adest dolor, ipsi quidem, & si aliàs sit maior, aliàs minor, nunquam tamen in Cancro planè abest; adest caliditas pulsatio, & circumcirca in orbem, quasi venas nigro sanguine distentas, & turgidas habet &c., & paulò post, iterùm dicit = *Nam Cancer habet dolorem coniunctum, & pulsationem cùm aliqua caliditate, & plerumque ex se incipit, subitoque incrementum sumit; itaut ex minima quantitate in maximam molem excrescat.*

Heredia de morbis Mulierum, *disp.9. cap.4. pag.207.* = dice = *In Cancro non vlcerato Tumor in primis durus, & inequalis, coloris liuidi, & fusci, seù medium inter rubrum, & liuidum, sentiunturque in ea regione ictus quidam, seù subiti dolores punctorij, molesti satis; aliquandò absque magno dolore inueniuntur, venæ tumentes illum Tumorem circumdant, Cancri verò Bracchia emulantes, aliquando verò intrò submersæ delitescunt.*

Etmullerus de Scirro, & Cancro pagina mihi 622. dice = *Cancer initio tuberculum durum, nigricans, interdum liuidum, punctionibus, & lancinationibus quibusdam esse solet molestum; in incremento tamèn, aut vbi ad exulcerationem vergere incipit, feruidus ardor pulsatio punctoria, & lancinans molesta est, & ambiunt Tumorem Venæ, hinc indè turgidæ, & nigro sanguine distentæ, tanquàm pedes Cancrini, hinc indè eslenti &c.*

Ambrosio Parco gran pratticante di Chirurgia lib.6. de Tumoribus in genere pagina 162. esplica la qualità del dolore, che deue hauere speciale, & indiuiduale il vero Cancero dice = *Pungentium verui acicularum sensumsum inferente.* Tutti li altri Autori classici concordano in esplicare il dolore del vero Cancro, che siano, come punture d'Achi, che volgarmente si chiamano Fittate.

Francesco Peccetti, nel suo Libro di Chirurgia, al libro primo de Cancro, lo diuide in trè stati; *Incipientis, iam adulti, & aucti*, Prò incipiente porta l'auttorità d'Almansore al Trattato settimo, che dice = *Tumor exoriens Ciceris magnitudine persentitur, aliquando absque dolore, interdùm cùm dolore, & calore quasi pungentis, & tendentis Acus &c.* Prò adulto, & acuto, dice = *Vbi verò adultus, & acutus fuerit sua signa clarissima, & manifestissima sunt &c.* Quì replica tutti i segni già descritti dall'Auttori, & accennati di sopra e dopò dice = *Et dolor punctorius, & latè diffusus persentitur* = l'istesso scrisse Galeno *lib.14. Metod. cap.9. lib. de Tumor. præter naturam 2. ad Glauconem cap.10.* & alibi.

Cornelio Celso *lib.5. cap.28.* dice del Cancro = *Circa locum aliqua quasi puncta persentiuntur.*

Paolo Egineta *lib.3. cap.67. lib.4. cap.26. lib.6. cap.45.* afferma l'istesse cose.

Ætio *Serm.16. cap.43.* quando descriue il dolore del Cancro, dice = *Folorem autem inducit pungentem, latè se extendentem, vt sepè per consensum glandularum malignas inflammationes sub alis excitet, pertingunt etiam dolores, vsque ad clauiculam, & scapulas &c.*

Quasi tutti l'Autori, che trattono del Cancro nelle Mammelle con-

concordano in questi segni, cioè, Tumore, durezza, color tendente al scuro, massime delle Vene, che circondano la Mammella, mà questi segni si costituiscono dalli medemi Autori, communi al Scirro, al Zaratan, & altre specie di Tumori, che si osseruano in prattica, che accadono nelle Mammelle, e che s'assomigliano al Cancro, come nota Roderico à Castro *lib. primo de Morb. Mul. cap. 21.* cuius Titulus, de Scirro non exquisito, quem Zaratan vocant, *& cap. 22. de Mammarum Cancro. Ludouicus Mercatus lib. 1. de Com. Mulier. affect. cap. 17.* e tanti altri Auttori replicano l'istesso: solo il dolore pulsatiuo, e pungitiuo, come puntura d'Aco, che volgarmente s'esplica con quella parola *Fittate*, vnite con l'altri segni, come in appresso, si nota da tutti l'Autori, che trattano de Cancro, per segno certo, distintiuo, & vniuoco del vero Cancro. E ciò dico, perche ben sò, che anco i dolori pungitiui, pulsationi, e Fittate, sono accidenti congiunti in altre sorti de mali, che non sono, nè possono diuenir Cancri, come succede nelle suppurationi de Posteme, ò cose simili, mà se sarà vn Tumor duro, liuido, circondato da vene nigricanti, & hauerà specialmente le Fittate, allora hà il Carattere di vero Cancro, & il Titolo d'incurabile, & insanabile, mà se non hauerà questo segno delle Fittate, si potrà giudicare per altra sorte di male, che habbia similitudine del Cancro, che dall'Auttori vengono chiamati Cancri illegitimi, Scirri non esquisiti, Zaratani, ò con altri nomi de mali, che non meritano il titolo d'incurabili, mà si possono con l'Arte curare, & appunto Ludouico Mercato *lib. 1. de Com. Mulierum affect. supra citato cap. 17.* dice = *Sex Tumorum durorum sortes Cancrum simulantes, aut minantes Fœminarum Mammis succrescere posse &c.* Et al medemo Capitolo dice = *Frequentissimè quidèm in Fœminarum Mammis duros conspicimus succrescere Tumores mille accidentibus præditos, quos quidem, ob id rude vulgus existimat Cancros esse, aut eosdem semper minari &c.* Si che Ludouico Mercato gran pratticante, che hà fatto vn grosso Trattato speciale *de Morbis Mulierum*, doue rapporta tutte l'opinioni d'altri Auttori classici, che hanno già stampato prima d'esso delli mali delle Donne, asserisce, che si danno varij Tumori duri delle Mammelle delle Donne, *mille* (per modum dicendi) *accidentibus præditos*, che non sono Cancri, benche il volgo li stimi Cancri, *quos quidem, ob id rude vulgus existimat Cancros esse*. Si che la durezza nelli Tumori, perche compete anco al Scirro, non è segno distintiuo, la negrezza delle vene intorno alli Tumori, perche compete anco al Zaratan, non è segno distintiuo del Cancro; oltre, che la negrezza delle vene nelle Mammelle di Donna lattante, che sia di temperamento adusto s'osserua alla giornata naturalmente, e senza durezza, e senza dolore, e senza male alcuno, e pure non è segno di Cancro; dunque la negrezza, e durezza sono segni equiuoci, per costituir veramente l'essenza del vero Cancro; mà bensì li dolori fatti lancinatiui, Fittate, e pulsationi lancinanti, con la durezza, e negrezza del tumore, osseruo, nell'Auttori sopracitati, & in tanti altri, che concordano, per segno distintiuo, & vniuoco del Cancro, mà senza queste Fittate, e lancinationi sensibili, sono segni equiuoci, non vniuoci del Cancro. E benche l'accennato Francesco Peccetti nella sua Chirurgia *lib. 1. de Cancro*, la diuida in
iuci-

incipiente, iam adulto, & occulto, non esclude però questo segno delle Fittate nell'incipiente, dicendo = *Quando est Ciceris magnitudine, interdum cum dolore, & calore, quasi pungentis, & candentis Acus*; Dunque questo segno delle Fittate, anco nel principio del Tumore, *quando est Ciceris magnitudine*, dice l'Autore (si non semper) *interdum cum dolore, & calore quasi pungentis, & candentis Acus*; Anzi aggiungerò, che prima, che si renda detto piccolo Cecio sensibile, e quando nella glandula della Mammella si comincia à stagnare, anzi à disporsi lo stagnamento della materia carcinomatosa, quale essendo atrabilaria, e di natura acre, deue dare il segno à proporzione della sua quantità, e qualità, che è di natura atrabilaria, & acrimoniosa, con le pulsationi, lancinationi, in vna parola, con le Fittate, benche non così frequenti, ò continue, come deue succedere quando il Cancro è fatto adulto.

Sin qui si è esplicato il segno distintiuo del vero Cancro dall'altri Tumori consimili, auanti la sua apertura, ò sua esulceratione, mà perche il Cancro, come distingue il sudetto Pecetti, diuenuto Aucto, e cresciuto di mole, si suol rompere, & esulcerare, aperto, & esulcerato, che sia, hà pure il suo segno distintiuo, qual'è, che esce vna materia fetidissima, e di colore oscuro, al parere di tutti i Scrittori classici, confirmato dall'esperienza quotidiana, poiche in tutte le sorti, e specie di Tumori, che si rompano, e si esulcerano, esce materia putrida, corrotta, e fetida, e di colore dell'vmore peccante, e predominante della Patiente; mà nel Cancro deue vscir fetidissima di color oscuro, per essere il suo humore peccante l'atrabile.

Auendo la Santità di N.Signore rimesso all'Eminentissimo Sig.Card.Bichi, come Ponente della Causa Limana Canonizationis del B. Francesco Solano Minore Osseru. di S.Francesco, vn Memoriale presentato dal Postulatore di detta Causa, In piè del quale S.E.hauendo fatto rescritto sotto li 27. Gennaro prossimo passato del corrente anno 1703.à tenore del contenuto in detto Memoriale, che potess'lo esser ricercato dal detto Postulatore à dichiarare la mia Perizia fatta sopra la sanazione di Giouanna di Blancas, cioè se nel caso, che il male di detta Giouanna, da cui fù liberata ad inuocazione, & intercessione del detto B.Francesco Solano, non fosse proprio, e legittimo Cancro, come Io lo giudicai, e presentemente giudico per le molte ragioni da me addotte, e ponderate nella detta mia Perizia stampata, & inserta nella Posizione data in Sagra Congregazione de Riti, mà fosse altra specie di Tumor Cancroso, come tengono li Signori Medici Antonio Piacenti, & Angelo Modio, & il Chirurgo Gio: Battista Pieri, se posta tal hipotesi nell'essenza del male sudetto, secondo li termini da detti Signori Medici considerati, la sanazione sia vero, e proprio Miracolo, e se tale fosse stato il mio sentimento nella detta mia Perizia stampata, & inserta nella sudetta Posizione,

Dichiaro, che da sei fortissimi motiui riceuei l'impulso à giudicare, & asserire fermamente, che la sanazione della d. Giouanna di Blancas fosse stato vero Miracolo del B. Francesco Solano, delli quali.

Altri riguardano l'essenza del male à mio giudizio incurabile per sua natura, come quello, che l'hò tenuto, e tengo vero Cancro, secondo li segni, che risultano dalle deposizioni de'Testimonij, che tutti conuengono al vero Cancro, & in specie, che fusse vscita vna massa soda di carne posta poi sopra d'vn piatto, in figura d'vna mano colle sue dita, cioè a

dire

dire colle sue radici, e non semplici pellicelle, come dd. Sig. Piacenti, e Modio hanno supposto, e per consequenza Miracolo di secondo genere, come dalla mia Perizia dal §. *Quoad primum* fino al fine del §. *Disruptio Tumoris*.

Altri però riguardano il modo della Curazione, come dal §. *In quinto capite* con li seguenti *vsque ad finem*, qual modo di curazione succeduta nel Tumore di Giouanna di Blancas, se bene fusse stato da me sempre considerato rispetto al vero, e proprio Cancro per sua natura incurabile, i motiui però sono facilmente addattabili à quella sorte di Tumore Cancroso considerato dalli dd. Sig. Periti per quello che considera *Zaccuto Lusitano*, interpretando la dottrina di Galeno, riferiti da me nella mia Perizia nel §. *Quam obiectionem*, come per quello, che dice *Fabrizio ab Aquapendente nel cap.* 22. parimente riferito nel §. *In quarto capite* ibi: *Et licet Cancer fixus non sit, eius tamen curatio est periculosa* = di forma che; ancorche il detto male non fusse Cancro, secondo il senso delli dd. Sig. Piacenti, Modio, e Pieri, m'vniformo con li medemi di qualunque natura, & essenza egli fosse il morbo della patiente Giouanna, che la detta sanazione, quanto al modo dell'estrazzione, per la breuità del tempo, dentro il quale successe la cicatrizzazione, fusse veramente Miracolo almeno di secondo genere, per le medeme raggioni da me addotte nella mia Perizia nel §. *In quinto capite*.

Nè mi fà forza per escludere l'essenza di vero Cancro quella copia d'acqua, che ne scaturì, per la quale li dd. Sig. Periti si muouono à stabilirlo per vn tumore acquoso col suo follicolo, non solito per ordinario d'vnirsi col Cancro: Imperoche doppo seria ponderazione giudicai, che potessero ambedue congiungersi, come tiene il *Mercuriale to.* 2. *consult.* 79. *Gio. Rodio contur.* 3. *obseru.* 45., *e Gio: Rondelet. Met. curan. morb. cap.* 23. *pag.* 387. *de Mamm. Canc.* doue tiene opinione nel caso d'vn Cancro nella Zinna d'vn Mercante, à cui doppo morte = *repertæ sunt seri Amphoræ quatuor* = che dett'acqua iui si radunasse per l'istessa cagione, per cui potè raccoglierfi, e combinarsi col Cancro nella patiente Giouanna di Blancas mentre soggiunge = *quod accidisse puto propter laminam illam plumbeam, quam gestabat, & medicamenta refrigerantia, & repellentia, quibus vsus est*.

Per queste ragioni dunque, e per altre da me come sopra portate, benche Io stia fermo nella mia opinione circa l'essenza del male, concordo però vnitamente colla Perizia delli dd. Sig. Medici in questo, che la sanazione della d. Giouanna fusse miracolosa, ò sia in riguardo al male da me creduto insanabile, e però Miracolo di secondo genere, ò rispetto al modo, che li dd. Siguori Periti tengono naturalmente impossibile, e però per miracolo di terzo genere, & lo vgualmente anche rispetto al modo lo tengo per tale, e l'hò accennato nella mia Scrittura in più luoghi di sopra riferiti: cioè, & §. circa principium vers. *quintum erit*, & §. *In quarto capite*: *In quinto capite per totum* sub. §. *Quibus sanè circa finem*, & §. *vltimo*, e però richiesto, così dichiaro, e conuengo vnitamente coll'opinione de' predetti Sig. Piacenti, Modio, e Pieri, che la sanazione di detta Donna fosse vero, e proprio Miracolo, ancorche il di lei Tumore non fosse stato vero, e legittimo Cancro. In fede &c.

Gio: Trulli Medico Collegiale, e Lettore di Medicina Prattica nella Sapienza di Roma.

REVISA

Andreas Pierius Subpromotor Fidei.

CONSVLTATIO MEDICOPHYSICA DOMINI LOPEZ

Philosophiæ, ac Medicinæ Doctoris

B. FRANCISCI SOLANI

Super duobus dubijs excitatis in Congregatione Antipreparatoria habita 16. Septembris Currentis anni 1701. respicientibus Primum Miraculum.

Sanationis à Cancro Ioannæ de Blancas.

PRIMVM DVBIVM

An Aquosus humor emanans è Mammilla cancerata opponatur Naturæ Cancro?

Super quo negatiua datur responsio, vt infrà.

NE Veritas adumbretur iuxta *text. in l. filio quem 23. ff. de liber., & posthum.*, & vt omne dubium tollatur circa præclarum B. Solani Miraculum, quo mulierem cancro mamillæ insanabili laborantem sanauit; problema illud sicut ingeniosè excitatum, ità sedula responsione dignum in præsenti diluendum; An scilicèt effluxus albicantis materiæ, seù aquosi humoris è prædicto tumore sponte rupto, alienus sit à natura Cancri?

Propositam difficultatem attingit, non tamen soluit Iul. Cæsar. Claudin. respons. Medic. 35. *Pro quadam nobili Vestali mamma Carcinomate detenta*. Vbi ad rem nostram spectant hæc. *Rem itaque aggrediar, vbi tamen priùs sciueris, quæ dicturus sum simplicem esse confirmationem eorum quæ à te, ac alijs doctissimis viris hoc in casu sapienter admodùm proposita fuerunt: circa quem ego tria tantùm mihi enodanda, ac expendenda propono. Primum quinam sit*

reue-

reuera affectus ille, quo nobilis haec Monialis detinetur, quoniam res haec apud me aliquam difficultatem habet: alterum erit, an affectus sit curabilis, vel praeseruabilis. Tertium, & postremum, quibus uti liceat, vt Religiosam hanc muliorem Medicus consoletur.

Circa igitur primum, si specto preterita, affirmare cogor, vlcus mammae illiat sinistrae redolere ideam Carcinomatis; si verò presentia animo aduerto, longè abesse à simili affectu tale vlgus, mihi videtur. Quantum itaque ad primum spectat posteaquam à quinque annis vsque ad hanc diem, tumor purus in parte superiori mammae sinistrae, inaequalis, dolens, & aliquo modo lucidus, ac venosus extuberauit, quae omnia caracterismum carcinomatis costituunt, proculdubio malum hoc Carcinoma erit constituendum; quod etiam ex praesentibus confirmare licet, nam egregia Vestalis, cùm agat annum tertium quinquagesimum (qui ętatem adhunc morbum maximè pronam reddit) & mamma valdè etiam eidem subijci solita latheret, ac in vlcere quędam ad interiora retractio obseruetur, non video cur malum hoc cancrum constituere Medicus non cogatur. Ex altera verò parte quoniam vlcus ibidem ante quinque menses excitatum, materiam ichorosam albam fere semper minimeque nigrigantem, sine fętore emittit, ideòcancer minimè hìc locum habere videbitur.

Vt ergò veritatem hanc dignoscerem, in memoriam ego reuocarem id, quod lib. de defferent. morbor., ac alibi de tumorib. tradidit Galen. alios scilicèt legitimos, quia à simplici humore fiant, alios verò spurios esse, quia à materia mixta producantur, quo constituto, dico ob rationes adductas, vlcus, de quo agitur, cancerosum esse, sed spurium valde, quoniam fit à minera non sincera, sed mixta ex atrabile, & pituita tenui &c.

Sed quoad secundum propositorum attinet, statuo malum hoc incurabile prorsus esse &c.

Hæc adducta sunt, vt abundè pateat tumorem mamillæ à B. Solano sanatum cancrosum fuisse, & insanabilem, vt citatus Claudinus fatetur, qui licèt Vir doctissimus ambigebat tunc an legitimus cancer illæ esset, quia nondùm sua ætate adeò in aperto erat mamillarum structura, quam posteà accuratior Anatome detexit: Illis nimirùm inesse præter arterias, venas, & neruos, glandulas, vasa lymphatica, tubulos lacteos &c. *Isbrand. Diemerbroeck Anatom. lib. 2. cap. 2.*, *Theodor. Craanen. tract. de Homine cap. 49.*; Ex quorum vasorum diuersitate, humores etiam diuersi emanant, prout videlicèt hi, vel illi tubuli discissi, corrosique fuerint à scindentibus, & corrosiuis cancri ichoribus; quin ideò verus cancer, & legitimus esse desinat, vt apertum fit ex traditis à *Io: Dolæo in Encycloped. Chyrurg. tom. 2. lib. 5. c. 8.* = *Materiæ diuersitas, quæ effluit ex cancro exulcerato, consistit in discissione diuersorum vasorum, seù tubulorum, quia in nonnullis tenuior, & albidior, in quibusdam crassior conseruatur Succus.* Confirmatur ex dictis à *I. B. Verduc in Pathologia Chyrurg. Gallico idiomate scripta cap. 7.* = *La matiere qui coule des cancers vlcerez n'est pas toujours d'vne meme consistance, tantot elle est liquide, e blanche, e tantot elle est plus epaisse. Tout cela ne vient que du melange des liqueurs, e de la differente structure des vaisseaux des glandes.* Quis igitur non videt in nostro casu, ruptis lymphaticis, & forsan lacteis mammæ ductibus prosilijsse aquosum illum, seù albicantem humorem?

 Idem

Idem etiam contingere potuit alijs de causis, vt ex redundantia materiæ eiuscemodi in sanguine, aut in reliquis fluidis, ità ex vulnere copiosus albicans humor profluxit, teste *Thom. Bartolin. Epistol. centur.3. epist.38*, plures etiam extant obseruationes de lacteo liquore è vena secta erumpente *Bonet. Medicin. Septentrional. tom.1. lib.2, sect.22. c.3., & 4., & c.5.* de sero lacteo venæ sectione extracto. Ad rem verò maximè facit historia apud eundem *Medicinæ Septentrional.lib.7.Paralipomen.ad sect.3.obseru.3. tom.2. fol. 568. = Obsidebatur nuper sinistra matronæ honestissimæ mamilla cancro, & illo ob non aduocatam tempori manum medicam immedicabili, cui cum se adiungeret insignis totius, & brachij, & manus sinistræ mixto dolore tumor, rogatus cum celeberrimo D.D. Simone Pauli consilium, suasi in solatium ægræ (nam restitutionis plenæ spes decolauerat) cauterium in brachio, quo aperto profluxit primis 24. horis non pus, sed lac, aut certè serum lacti simillimum, admirante ægra vnde illi lactis riui in brachium se se infudissent. Non detumuit tamen inde brachium, quippè ab occultis cancri radicibus fotum &c. Intereà nullis fomentis paruit malum, sed eum ipso mammæ vicinæ carcinomate fatali demum horæ miseram adstituit.* Cuiusmodi historia eo fortiùs ad rem nostram facit, quòd ex Summ. patet, cancrum ad brachium deueniße, ibi = *num.77.; Il cancro molto grande, che gli passaua fin sotto il braccio.*

Pro coronide tandèm sit, quòd scribitur à *Boneto Anatom. practic. lib.4. sect. 2. obseru. 7. in Schol. Interrogatus Hildan. cent.6. obser.39. Esset nè verus cancer mammæ, in quo similis materia alba reperta fuerat? Affirmatiuè respondet, materiam illàm crassam albam, ac seuo similem, in meditullio tumoris cancrosi repertam, nullam afferre dubitationem, verus nè sit cancer &c.*

Secundum Dubium.

An Aquosus ille humor, qui ex Cancro erupit eumdem auellere potuerit, vt ideò à Chirurgo absque dolore facillimè extractum fuerit?

Super quo paritèr negatiua datur Responsio, vt infrà.

POstremò excogitatum est problema, An aquosus humor, qui ex Cancro promanauit, eundem ità emollire, vel circum excauare potuerit, vt, absque Miraculo, tàm facilè sine ferro, aut igne, & absque vllo dolore, aut laceratione extractus fuerit?

Sed responsioni duo præhabenda: primum est hoc problemate fulciri, quòd in superiori disertatione firmatum remanet legitimum scilicèt extitiße cancrum, de quo agitur, dum tanta vis corrodendi eiusdem humoribus tribuitur, quod canceris proprium esse in comperto est *Mich. Ettmuller. Chyrurg. Medic. de tumorib. in specie Theodor. Craanen. Prax. Medic. medicat.20. lib.4.* Et antè eos *Heurnius in lib.6. aphor. 38.* scripserat *in Cancro duplex venenum esse, vnum putrefactiuum, alterum corrosiuum.*

Secundum est neutiquam supponi debere, dictum aquosum humorem

rem totum contentum fuisse in tumore antequam spontè aperiretur; nam ex cauitate remanente post extractum cancrum, conuincitur, ibidem locum tantummodo fuisse eiusdem magnitudini respondentem, minimeque capacem tantæ quantitatis humoris aquosi, de qua deponunt Testes in *Summ. n.* 34. ibi: *Si ruppe la pelle vscendo fuori la quantità di mezzo boccale d'acqua chiara, & n.40. Rimanendosi vna gran concauità nella detta Zinna, che coperia mezza pagnotta di 16. oncie, & n.42. Il cancro, che era di grossezza nella forma, che è vna mano dal polso in sù, ed in detta forma la lunghezza, e da vn lato daua principio in larghezza, e formo della mano con le dita aperte, ed il fine in forma di polso con radici all'vltimo in modo di vermini tutto negro, che causaua spauento.* Cùm ergo (vt ex depositione dd. Testium resultat) dicta cauitas non esset vllo modo capax retinendi tantam quantitatem humoris aquosi, certum est eumdem humorem ibi contentum non fuisse, sed ex alia parte profluxisse, nempè ex ruptis lymphaticis, aut etiam lacteis mamillæ ductibus prodijsse, vt in præcedenti dissertatione demonstratum est.

Quamobrem ad responsionem deueniendo abundè liquet eum humorem cum intra tumoris interstitia moram non traxisset, non valuisse cancrum tenacissimum hostem excutere: quod nec etiam præstaret, licet ibidem detentus fuisset, aliàs potentior foret ferro, & igne, quibus non amplius cedunt huiusmodi cancri *Sennert. Pract. Medic. lib.5. part.1. cap.20., Bonet. Thesaur. Medic. pract. lib.5. cap.28., Sebizius manual. Medic. pract. part.3. sect.1. cap.7., Scultzius apud Bonet. Medic. Septentr. tom.2. lib.4. sect.11. obseru.7.*; Vt igitur totam rem breuibus contraham, si supponatur cancer è suis sedibus emotus ab humore isto aquoso, vel id factum fuit vi corrosiua, vel emollienti; vi corrosiua factum dici non potest, talis enim esset pessimus omnium ichor in cancris causticæ, & arsenicalis indolis, qui omnes carnes exureret, & denastaret ad ipsam vsque (vt solet) thoracis cauitatem ex traditis à *Doleo Encycloped. Chyrurg. lib.5. c.8. I.B. Verduc. in Patholog. Chyrurg. Gallico idiomate scripta cap.7.*, & passim apud Practicos AA. quomodo ergo credendum in nostro casu à tam prano hoste singulas cancri radices auulsas, nec vna relicta, quæ negocium, doloremque facesseret? Profectò id non ita contingere solet, omnesque Doctores corrosiuum cancri ichorem valdè reformidant, nec vnquam ab eo ægrorum indemnitatem sperant, sed perniciem verentur, experiunturque.

Nec etiam vi emollienti, nam præterquam quod cancer non emollitus, aut comminutus, sed solidus, & integer extractus, curatio per emollientia cancro aduersatur teste experientia, vt ex *Galen. Vvedelius apud Bonet. Thesaur. Med. Pract. lib.5. cap.28.*, vbi ita concludit, *Adeoque tunc putredinis auctrix est, & parens mollificatio.*

Experientia denique compertum est non hac suauitate iuxtà ordinem naturæ, & conditionis humanæ, cancros inueteratos sanari, nec tale apud quempiam Auctorem memoriæ traditum inuenire potui. E contra verò in historijs citatis in præcedenti dissertatione profluuium aquosi humoris nil profuit, & tamen in illa Moniali, de qua *Claudin. respons.* 35. iam à quinque mensibus aderat.

Accedit ad omnimodam miraculi euidentiam, quod orificium vlceris spon-

sponté apertum minus erat, quam vt exinde prodire posset cancer tantæ molis; & hac de causa Chyrurgus illud dilatare tentauit, cumque vetuit maritus ægrotæ, vt constat ex *Summario n. 83.* z *Andò suo marito à chiamar Gio: Aguilar Chirurgo, acciò vedesse quella bocca, che gli s'era aperta &c. e ciò non ostante volse aprir più la bocca per vedere quello, che haueua da fare, mà il suo marito non lo permise; ed il detto Gio: de Aguilar mise dentro certo stromento, che lo chiamauano mollette dicendo, orsù Santo mio, adesso habbiamo bisogno del vostro fauore, ed in vn' istante senza, che l'Inferma si lamentasse, cauò fuori vna mossa, che diceuano essere cancro longo vn palmo, e da vn lato era come vna mano con le sue dita mezza aperte &c.* Quomodo hæc laceratio naturæ ope sine dolore vnquam fit?

Non igitur vltra dubitandum, quod *Digitus Dei est hic, vt Exod. 8. vers. 19.*

Quare &c.

Emanuel Lopez Phisic., & Medicin. Doctor.

REVISA:

Andreas Pierius Subpromotor Fidei.

CONSVLTATIO MEDICO PHYSICA

DOCTORIS EMANVELIS LOPEZ.

Super primo Miraculo, alias tertio Sanationis à Cancro Ioanna de Blancas, circa quod difficultates dissoluuntur.

Perspicuum adeò est miraculum à B. Solano patratum in sanatione tumoris, qui sinistram mamillam Ioannæ de Blancas occupabat, vt de eo nullus scribentium dubitauerit, circa vnum tantummodò aliqui, ex DD. Scribentibus dubia subtilissima excogitarunt; An scilicèt legitimus cancer tumor ille extiterit, & licèt cancrum fuisse satis iàm probatum sit, in præsenti tollendæ quæcumque difficultates, vt integrè nitidissima miraculi veritas elucescat.

Prima igitur, & præcipua difficultas est defuisse in ægra dolores pungentes, aut lancinantes, quos verus cancer inducere solet: eiusmodi tamen doloribus cruciatam fuisse Ioannam, luce meridiana clarius patet ex *Summ. n.* 81. *Gli si erano leuati li dolori &c. E che per li preghi del Santo benedetto gli si erano leuate quelle punture*, quod exactè respondet Italico vocabulo *Fittate*, & confirmatur alijs depositionibus, vt *n.* 21. *Sentendo fierissimi dolori, e non potendo star à giacer con tutto il corpo se non con la metà di esso dalla cintura à basso, e dalla cintura in sù appoggiata alla testiera del letto, senza poter accostar à parte alcuna detto lato sinistro*, idem deponitur *num.* 15. 54. 72. 93. 66. *E non dormiua se non molto poco per li dolori grandi che haueua; ed affanni, & n.* 102. *Che se bene era grossa di carne à causa del male, e grandi dolori, che haueuà, si era ridotta molto fiacca, e di cattiuo colore.*

Insuper dictos dolores comitabatur ardor quidam, vt ex *Summ. n.* 4. *Essergli cresciuto l'ardore con gran dolore, & n.* 10. qui quidem ardor est vnum ex signis cancri præcipuis, ex Auicena *lib.* 4. *fen.* 3. *tr.* 2. *C.* 25. *de Cancro, in quo est caliditas quædam, & cancer quidem est vehementis doloris*, quod coincidit cum dictis verbis *Summ. ardore con gran dolore*, quod solent ægri exprimere Italico verbo *Bruggiore*. Accedit etiam, ad confirmandum dolorem fuisse vehementem, quod Medici consilio, adhibita fuerint folia hyosciami, ob vim narcoticam, seù stupefacientem *Summ. n.*4. & 10.

Secunda difficultas est rumorem à testibus describi nigrum, cum tamen cancer liuidus esse debeat, seù vergens tantummodò ad nigredinem, ad quod respondetur, à pluribus Auctoribus nigredinem in cancro assignari, vt à *Petr. Canannes in Galen. de Arte curat. ad Glaucon. lib.* 2. *pag. mihi* 136. *Color. niger.*, *Paul. Barbet. Chirurg. part.* 2. *lib.* 1. *C.* 13. *liuidus aut niger. Hyer. Mercurial. de morb. Mulier. lib.* 4. *C.* 20. *Cognoscitur colore nigro, aut liuido, & nigro Cardan. contradicent. Medic. lib.* 4. *contradict.* 45. *in med. apparent in ambitu venæ nigræ, aut fuscæ* immò ex relatis in *Summar.* de colore partim violaceo, siue liuido, partim nigro certissimum cancri signum deducitur *n.* 59. *Per di sopra certi segni pauonazzi,*

n. 81. Come un pugno di vermi pauonazzi, e per di sopra era venato del medesimo colore delli vermi, e negro, & n. 98. Con alcune vene pauonazze, che dauano in negro ità namque delineatur cancer à *Bened. Syluatic. Consult. Medic. cent. 2. ap. Io. Iac. Manget. Biblioth. Medic. tom. 1. pag.* 379. *Cum liuido cutis colore venarumque circum excurrentium nigricante turgentia*,

Neque vrget obiectio, potuisse nigredinem enasci à compressione laminę plumbeæ, vel ab applicita herba Solano à neutro enim horum potuit procedere, non à lamina plumbea, quia ante eiusdem appositionem, iàm tumor nigricabat, vt ex *Summ. n. 2. Che nella Città di Montilla era vna Donna, che si chiamaua Giouanna de Blancas &c. la quale da quattro anni, e mezzo fù in circa chiamò questo Testimonio à sua Casa, & hauendola visitata riconobbe questo Testimonio vn tumore nella zinna sinistra assai negro &c.* loquitur verò ibi Medicus de prima vice, qua Ioannam de Blancas inuisit, cuius Medici consilio posteà vsa est lamina plumbea, vt ex *Summario num.* 17. Non item à succo Solani ob eandem rationem, nàm idem Medicus priùs narrat nigrorem tumoris, & deindè consilium à se datum de adhibenda herba Solano. Eo magis quia Solanum non solum, sed mixtum succis, seù alijs herbis contusis, semper viuo nimium, lactucæ &c. vt ex *Summ. n. 19. Gli fù applicato vn impiastro di mortella, e di sempreuiua, e foglie di lattuca, ed altre*, quare parum aut nihil tingere valuit. Interim silentio inuoluendum non est validum argumentum, quod ex adhibitis huiusmodi herbis desumitur ad euidentiorem cancri notitiam, talem que à Peritis fuisse indicatum, nàm passim apud Practicos Medic. Auctores hoc remedium cancro præscriptum legitur, vt *ap. Montan consult. Medic. cons. 188. in fin. Io. Zecb. cons. Medic. cons. 40, Petr. Foresi. ob. Medic. lib. 27. obs. 47. nu. 7. & in Schol. nu. 7. in fin. & obser. seq. nu. 3. & in Schol. nu. 11. & Chyrurg. obser. lib. 4. obser. 5. & in Schol. & obs. seq. Paul. Barbet. Chyrug. lib. 1. C. 13. Simon Pauli Quadripartit. Botanic. class. 3. v. Solanum, Io. Math. Faber de Solano furioso pag. 60. circà finem Theophil. Bonet. Thesaur. Medicoprac. tom. 3. lib. 5. C. 28. num. 23. & Medicin. Septentrion. tom. 2. lib. 4. sect. 11. obs. 8.*

Tertia difficultas est, Cancrum non videri hunc tumorem, cum ex eo disrupto prodierit aquosus humor, & soleat ex cancro sanies fætida manare; Verùm aquosi humoris eruptionem non opponi naturæ cancri iàm ostendi in alia consultatione euidentibus Auctorum documentis; & immeritò retorquetur Claudin. *respons. Medic.* 35. quem, vt legenti patebit, ibi citaui ad ostendendum insanabilem fuisse morbum Ioannæ de Blancas, cum in ea *respons.* Claudin. & si cancrum mamillæ in Moniali, spurium existimet, quòd à quinque mensibus materiam albam; minimeque nigricantem sine fætore emitteret, nihilominus concludit idem Claudin. *Statuto malum hoc incurabile prorsus esse*; quòd multo magis locum habet in nostro casu. Omitto etiam hic ostendere aliquandò è legitimo cancro materiam albam prodire, quo spectat *tex.* Auic. *lib. 3. fen. 21. tract. 2. c. 14. secundum plurimum mali coloris, nigra, & quandoque est rubea, & viridis, & rarò fit alba*, quia nostro in casu recentissima apertio cum esset, & citissime à B. Solano consolidatum vlcus illud adeò cauernosum, idque opere natura m

exce-

excedenti etiam in hoc, quod in illis paucis sanationis diebus, nullibi legatur in Summario materiam vllius modi ab vlcere manasse, præter illam, quæ semel illicò à rupto tumore prodiuit.

Quarè non vrget Dubij alia pars debuisse nimirùm manare ex parte læsa materiam nigram, & fœtidam, sumus enim in casu iam posito supra ordinem naturæ, in quo prætèr illum humorem aquosum, primo ruptionis impetu eliminatum, nil aliud constat prodijsse ex *Summ.n.46.* & 88. Accedit quod Auctores loquentes de hac materia fœtida &c. intelligendi sunt de ea, quæ promanat in progressu temporis, & quæ prauitate in dies adaucta, non parùm etiam ad id faciente aeris continuo appulsu,pessimè corrumpitur,& fœtet à nullo enim Auctorum scriptum vnquàm inueni signum esse inseparabile à Cancro legitimo aperto, vt materia ex eo extillans sit fœtida statim à ruptionis initio; quin potiùs contrarium habetur ex Historia Hippocrat. Epidem. lib.5.Tex.100. *Mulieri in Abderis carcinoma erat circà pectus, & per mammam effluebat sanies subcruenta intercepta autem fluxione, mortua est.* Hæc mulier carcinomate, hoc est legitimo cancro, laborabat, vt constat ex Comment.Franc. Valles. ad hunc locum, & tamen non nigra, sed subcruenta Sanies profluebat, neque fœtida erat, si enim talis, id Hippocrates non reticeret, vt in eius lectione versati norunt. Planum verò omnimodè sit posse è cancro recentèr aperto manare materiam neque nigram, neque fœtidam ex Thom. Vvillis de Anima Brutor.part.2. cap.12.vbi de hoc morbo ita scribit, *Cumque humor ab ijs decedens primò tenuis, & aquosus est, posteà atratus, valdè fœtidus, & corrosiuus euadit.*

Quarta difficultas est inuentam pelliculam intrà apertam tumoris cauitatem, quod potiùs folliculum posset denotare, sed aduertendum est, quòd quandò Medicus narrat se vidisse quid simile pelliculæ, vidit tantummodò extremitatem massæ illius cancrosæ contentæ intrà abditam recens aperti Tumoris cauitatem, tunc enim auctor fuit ægræ, vt Chyrurgum vocaret, vt *Summ. n.6.* & 9., qui aduenniens dictam cancri molem extraxit, fatis, vt compertum iam est, adiutus miraculo, qui verò extractum cancrum viderunt non pelliculam, sed massam cancrosam, seù frustulum carnis cum radicibus, & venis violaceis nigricantibus, & insignis magnitudinis vidisse retulerunt, vt expressis verbis, *Summ. n. 42. Vidde à bell' agio il detto Chirurgo la Testimonia, e l'altre persone iui presenti il Canchero, ch' era di grossezza nella forma, ch' è vna mano del polso in sù, & in d. forma la lunghezza, e da vn lato daua principio in larghezza, & forma della mano con le dita aporte, & il fine in forma di polso con radici all' vltimo in modo di Vermi tutto negro, che causaua spauento à guardarlo, & n.59. Che Giouanni de Aguilar Chirurgo &c. gli haueua cauato fuori il Canchero, e lo mostrarono à questo Testimonio, che staua in vn piatto, & haueua la forma d'vna mano con li suoi deti aperti, come mano mezza aperta, e di lunghezza in tutto più d'vn palmo, e di grossezza d'vn polso di braccio, e per di sopra certi segni pauonazzi, e dall' altro lato della forma di mano haueua certe cose come radici, che pendeuano.* Idem patet ex *n.84.* cum sequ. *n.97.*& sequ. Prætereà, quod d. Medicus narret vidisse pelliculam in cancro adhuc delitescente, ipsum talem fuisse confirmat, solent enim cancri membranulas habere, vt constat, preter alia, ex Historia relata à Tulpio obseruat.lib.3. cap.34.& apud Bonet. Anatom. Pract. lib.3.

sect.35. obseru.9. *Carcinomatis specimen memini me aliquandò propalam ostendisse Medicis, ac Obstetricibus, in vulua cuiusdam mulieris à cancro vterino crudelem in modum occisa, & inferiùs, facta Medicis cadaueris copia in vulua vidimus delituisse tumorem, vt liuidum, & atrum, sic humore, ac sanie vndequaque perfusam; adhærescebat autem membraneis suis filamentis tam arctè tunicis vuluæ, vt non potuisset indè eximi sine scalpelli auxilio*. Ad rem etiam nostram exactè adaptatur descriptio cancri in hac Historia liuidi, & atri, quod ijdem Testes referunt de cancro Ioannæ de Blancas extracto, vt ex *Summ.n.43.Con radici all'vltimo in modo di Vermini, e tatto negro,& n.59. E per di sopra certi segni pauonazzi n. 85. E per di sopra era venato del medesimo colore delli vermi, & n.98.* Ex quibus patet non fuisse tumorem Ioannæ ex ijs, de quibus agit Roderic.à Castro de Morb.Mulier.lib.1. cap.17. ibi enim non describuntur omnia signa cancri,prout in nostro casu, in quo extractus cancer tàm conspicuus omnem tollit dubitationem,

Dubium de nomine Zaratan non indiget discussione, constat enim illud aliquandò in processu irrepsisse traductoris incuria, ideòque deletum, & licèt non deleretur non officeret, est enim vocabulum non Hispanicum, sed Arabicum, cancrum significans, vt tradit Ioannes MunnicK Chirurghus ad Prax. hodiern. lib 1. cap.23.*Cancer, Carcinoma Græcis, Arabibus Sartan,* & Bartholom.Hidalgo in Thesaur. Chyrurg. Hispanico Idiomate excusso tract. 9. cap.12. inscribit *del Cancro, ò Zaratan en las tetas*, idest de cancro, siuè Zaratan in mammis, apponam etiam aliqua ex dicto cap. quià ad totam rem nostram valdè conducunt, *El Zaratan es vn tumor duro, y por la major parte doloroso, y descolorido, y espantoso à la vista, y no guarda igualdad; En su principio no es conocido sino de los Ciruganos expertos, y exercitados, mas despues se gaze muy grande, y toma color bosco, ocinizienta, y cazi todos estan rodeados de vnas venas gruessas &c.* Et paulò infrà, *Que causa tenga el Cancro, es el humor melancolico embeuido en las venas pequenas, y grandes de la redonda, y en estas se và poco à poco podreciendo, basta que se haze maligno de todo punto, y entonces es cancro exulcerado &c.*

Si præthereà omnia signa in Processu tradita singillatim ad trutinam reuocarentur semper miraculo plures probationes adderentur, sed nè sermo in longum protrahatur, pauca tantùm perstringam, nimirùm accidisse Ioannæ ex vi morbi cibi fastidium, maciem insignem, vigilias, & spiritus imminutionem, *Summ. n.21. Mangiando molto poco, e facendosi come si fece, molto asciutta di carne &c. n.66. Staua molto fiacca à causa dell' Infermità, e mangiaua molto poco, e non dormiua, se non parimente molto poco per li dolori grandi, che haueua, & affanni per d.Infermità n.72. E qer li dolori non poteua dormire, e si marauigliaua di vederla stare così fiacca, e smagrita, essendo stata vna Donna grossa &c. & n. 102. E che se bene era grossa di carne, à causa del male, e grandi dolori, che haueua, si era ridotta molto fiacca, e di cattiuo colore,* quæ omnia laborantibus Cancro accidere tradit Hippocr. lib. 2. de morb. mulier Text. 24. *Si quis plura dederit accipere renuunt &c.* Et inferiùs: *Et ipse per totum corpus attenuatæ sunt, spiritus est imminutus;* Et paulò infrà subiungit; *Cùm igitur ad hoc temporis progressæ fuerint, sanæ fieri non possunt, sed pereunt ex his morbis.* Et hæc ab Hippocr.recensita esse signa Cancros consummatos, & incurabiles ostendentia asserit

Petrus

Petrus Camannas comment. in Galen. lib. 2. de Arte Curat. ad Glauc. pag. mihi 136.

Denique ad firmandam veritatem legi possunt grauissimorum Medicorum de Canceris responsa ad casus nostro consimiles, vt exempli causa Hyer. Mercurial. consil. Medic. tom. 4. cons. 62. *Tumorem inæqualem, durum, liuidum, & dolorificum, quem in scriptis traditum est, in dextera mamma perillustrem matronam gestare cancerum esse, eumque legitimum, & vetustum minimè dubitandum videtur*. Io: Zech. consul. Medic. 40. *Tumor durus, rotundus, inæqualis, venis in ambitu turgidus, dolore, ac interdum colore grauis, colore liuescens in nobilissimæ mulieris sexagennariæ mamma dextera, cancer vtique censendus, vt clarissimi viri asseuerarunt* Horat. Guarguant. Respons. Medic. pag. 253. *Concludendum est itaque, vt sit carcinoma verum, quia tumor est inæqualis, durus, rotundus, venosus, colore nigricans, valdè prætumidus, & elatus, aspectu teter, calidus, subitò accrescens ægrum ferè perpetuo dolore affligens, in quo venæ, quæ sunt circa ipsum intumescunt &c.*

Constat igitur euidentia huius miraculi, non solùm quoad modum, sed etiam quoad substantiam.

Emanuel Lopez Phil. & Medic. Doctor.

R E V I S A.

Andreas Pierius Subpromotor Fidei.

SECVNDVM MIRACVLVM
Aliàs Septimum.

EX PRIMO PROCESSV.

Instantaneæ liberationis Ciuitatis Montiliæ à Peste iam in ea per annum grassante.

ANNO 1681. de mense Maij pestifera lues irrepsit in Ciuitatem Montiliæ ob nonnulla, quæ ibi inuecta fuerunt è contigua Villa Monturquensi huiusmodi Tabe affecta. Dissimulata in principio per Ciues, ne impediretur rerum Commercium in Vrbe, tandem post decem menses latè diffusa eò vsque peruenit, vt celari ampliùs non posset propter mortalitatem Hominum frequenti numero occumbentium per febres malignas, Carbunculos, ac Bubones Inguinibus, & Axillis inhærentes, itaùt primo initio Aprilis anni 1682. apertum fuerit publicum Nosocomium, in quo mense magna Ægrotantium strages secuta est; ità & taliter quod vno die ex 26. Infirmis illud ingressis quatuordecim miserabilitèr Animam exhalauerint, frustrà adhibito omni remedio, quod huiusmodi malo occurrere posset iuxtà illud, quod de simili Peste dicebat Ouidius *lib.7. Metamorphos.*

. . . . pugnatum est arte medendi
Exitium superabat opes victæque iacebant
Nec Moderator adest, inque ipsos sæua medentes
Erumpit clades, obsunque auctoribus artes.
Quo proprior quisque est, seruitque fideliùs ægro
In partem leti citiùs venit, atque salutis
Spes abijt, finemque vident in funere Morbi
Indulgent animis, & nulla quid vtile cura est
Vtile enim nihil est . . . .

Super vacaneis igitùr omnibus humanis auxilijs subijt animos Religiosorum è Franciscana Familia ad Beati Solani opem recurrere die 29. Aprilis, vbi Pestis altè grassabatur. Quamobrem processionaliter Beati Imaginem circumtulerunt nudi pedes, Crucibus humeros onerati, faciem, & caput cinere aspersi, & spineis coronis rediminiti, & ità incedentibus aggregata est multitudo vniuersi Populi lacrymis, ac precibus comitantis, donec processio constitit in porta Nosocomij, ibique Religiosi reliquerunt Infirmarijs duo Canistra alterum Uvis passis, & alterum Crustulis refertum, vt ea Ministri distribuerent Infirmis sub inuocatione Beati.

Inclinato in Vesperam die præfati Ministri distributionem Uvarum, & Crustulorum inter Infirmos peregerunt, qui vix illis degustatis sub auspicijs Beati, statim convaluerunt, ac postera die adeò validos se reperierunt, vt nedùm cibos sibi destinatos, sed etiam portiones ipsas Ministrorum comederint, & Miraculum auctum fuit, ex quo nec die Processionis, nec sequenti vllus ex infectis obijt. Immò compertum est, quod in Infirmis, si qui aderant, malum speciem mutauit, & ità Nosocomium, quod multò antè poterat obserari, relicto aperto ob expectationem Regiæ licentiæ per plures dies, tandem die 13. Iunij obseratum remansit, tempore quo ob magnum aeris calorem Pestis debebat atrociùs grassari, & die 15. peracta fuit alia Processio cum Imagine Beati per totam

Ciui-

Ciuitatem pro gratiarum actione, & ob huiusmodi Miraculum cæpit ædificari Templum ad honorem Beati Vrbe in media.

Hoc adeo eximium Miraculum probant sexaginta Testes ad instantiam Procuratoris Causæ, & viginti quatuor ad instantiam Subpromotorum inducti, qui ad euitandam prolixitatem ponuntur infrà in breviori numero cæteris tantùm summariè indicatis.

Primum extremum hoc est horridum malum atrocis pestilentiæ debaccantis Montiliæ vna cum aperitione Nosocomij, & inutilitate remediorum, concludunt Testes de visu *num.* 1. 8. 18. 41., *& duobus sequentibus* 63. 64. 78. 79. 93. 95. 96., *&* 116. *cum duobus sequentibus* 127., *& sequen.* 163., *& sub num.* 198. Recursus ad solum Beatum habitus mediante Processione cum eius Imagine probatur ex eisdem Testibus de visu *num.* 12. 23. 32. 45. 66. 89. 98. 120. 134. 150. 151., *&* 163., vt simile exemplum habemus de sæva peste Romæ sedata sub Pontificatu Gregorij Magni immediatè post gestatam in Processione Imaginem Beatissimæ Virginis, quæ servatur in Basilica Sanctæ Mariæ Maioris quemadmodùm legitur in libello Officiorum particularium eiusdem Basilicæ *pag.* 19. ibì — *Illam* (nempè Imaginem) *à Sancto Gregorio Magno, celebri, solemnique supplicatione delatam, pestilentiam, quæ tunc Vrbem atrocitèr vexabat, depulisse &c. omnes piè sentiunt, & fatentur* — Et huic narrationi consonant *Sigon. Gregor. Turonen.*, *& S. Antonin.* relati à Spinell. *de Deiparæ Laudibus cap.* 20. *num.* 18. *in fin.* Vnde Montiliani Beneficij memores pro gratiarum actione aliam peregere Processionem in honorem dicti Beati *num.* 30. 54. 103. 123. 124. *&* 155., atque in æternam memoriam tàm insignis Miraculi, Sacra Ædes ad honorem tanti Liberatoris excitata fuit *num.* 107. *&* 145. à qua postera Processione, & Templo erecto, elicitur etiam vniversalis, & firmissima opinio, quod ob merita, & intercessionem solius nostri Beati fuerit eadem Ciuitas liberata, vt in simili tenuerunt Auditores Rotæ *in Relatione B. Andreæ Corsini apud Lezzan. consult.* 1. *num.* 167. *tom.* 4.

Quo verò ad secundum extremum instantaneę liberationis Ciuitatis ab huiusmodi ærumnis habetur evidentissima, ac conuincentissima probatio ex dictis Testibus tàm pro Causa, quàm pro Fisco inductis, qui inter se sunt omninò conformes.

Primò super eo, quod ex memoratis Infirmis post dictarum Vuarum, & Crustulorum comestionem aliqui statim conualuerint, aliqui meliùs se habere cæperint, *num.* 2. 12. 24. 25. 26. 46. 47. 48. 67. 99. 121. 135. 152. 170. *&* 179., & ex ijsdem nullus penitùs obierit, non obstante, quod ex illis nonnulli jàm laborarent in extremis *num.* 2. 26. 47. 59. 69. 83. 121. 135. *&* 153.

Secundò, quod subsequenti die à Processione peracta nullus in Ciuitate fuit repertus Infirmus hoc Morbo laborans, nec aliquis exindè ad Nosocomium delatus prò huiusmodi Morbi curatione subeunda, & Pestis in Ciuitate evanuit *num.* 3. 26. 27. 50. 51. 59. 60. 69. 83. 99. 104. 135. 139. 144. 152. 162. 171. 174. 175. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204., *&* 205., & si quis rarus Infirmus ad Nosocomium delatus est, expertus fuit mutationem mali in speciem diuersam, & sanabilem, vt ex duobus Testibus de visu *num.* 28., *&* 52., itaut die 13. Iunij eiusdem anni ob certitudinem cessatæ luis obseratum fuit Nosocomium *num.* 4. 29. 53. 70. 71. 84. 101. 127. 137., *&* 155. Quinimò multò antè ex iudicio Medicorum claudi potuisset,

sed

sed tardatum fuit ob expectationem licentiæ Regiæ veluti alter ex dictis Medicis refert *citato num.*4.

Tertiò, quod prædicta cessatio morbi eo temporis euenerit, quo lues existebat in suo maiori incremento, vt habetur *num.*8.13.130.161. *sub* 173.174.176.178.180. 191., *&* 194., & in parte anni, quæ magis conferebat ad illius vires confouendas, & ad magis diffundendum contagium tùm ob aeris temperiem, tùm ob ventorum qualitatem, tùm demùm propter æstivum calorem *num.*9.13.35.112.140 161. 176.178.180.181. 193. *&* 194.

Quartò, quod tunc temporis, quo liberata Montilia remansit, finitimæ Terræ de huiusmodi Morbi sæuiore impetu ingemebant *num.* 1 .14 37.75.105.114.129.142.158. *&* 168.

Quamobrem hæc improuisa, ac instantanea cessatio horrendæ luis nullam habens causam naturalem, fuit ab omnibus habita pro insigni Miraculo Beati, vt notant Testes *num.*15. 16. 31.38.61. 73.85.89. 90.106.115.131.136.145.159.160. *&* 169.

Relevantia verò huius excelsi Miraculi ex pluribus manifestatur.

Primò, quia cùm agatur de Peste, cuius venenatam qualitatem indicant Bubones, & Carbunculi in ægrorum Corporibus apparentes, quæ sunt duo principalia sympthomata veræ Pestis, vt tenet *Riuerius in prax. Medic. lib.*17.*sect.*3. *cap.* 1. *pag.*343. §. *Quoad Morbos*, ibi: *Sed præcipui Morbi duo sunt, nempè Bubo, & Carbunculus, qui nonnisi in vera Peste reperiuntur*, consequenter dicitur agi de Morbo immani, herculeo, & insuperabili, in quo soli Deo est permissa potestas medendi, noncuique mortalium data, vt per hæc verba ponderat *Zacut. prax. Med. admiran. lib.*3.*obseruat.*38.*pag.*104., *& Galenus lib. de Theriac. ad Pison.*13. huiusmodi Tabem appellat venenatam Feram commune exitium minitantem Hominibus, Brutis, & Plantis. Huius atrocissimæ Belvæ venenum (sunt verba *Petr. Forest. in præfat. ad lector. ad tractat. de febr. pestilent.*) *subindè in principio ita latitat, vt multos sua tyrannide truculenta sub cuniculis quasi occultè inuadat, ac pessundet, prosternat, antequam Medicis doctis, & antesignanis innotescat. Et licet venenum admodum tamen obstrusum, & occultum, quibusdam Medicis peritis innotuerit, adeò sæuit hæc lues pestifera, vt nec ipsi ab ea tuti videantur, cum, & ægros, tùm Medicos ipsos breui consumat, & interficiat, nullis antidotis iuuantibus.* Quam comparationem cum Fera, prosequuntur Rotæ Auditores *in Relatione S. Francisci Xauerij Mirac.*3.*post mort.* §. *Quod verò*, quam dicunt esse Ciuitatum destructiuam, ac nullis fermè cedentem medicamentis, & *Carol. Valles. in Prognost. Hippoc. lib.*3.*cap.*21. §. *Grassante porrò col. mihi* 919. loquendo de hoc pestifero veneno deriuato in Ciuitatem Massiliensem ex contactu quarundam mercium appulsarum ex Africa (vt est casus noster) necnon de illo, quod irrepsit sinè vllo cælesti influxu ex Sardinia Neapolim, & de Neapoli in VrbemRomam de anno 1656. proùt quoque contigit in casu nostro *Summ. num.*5.33.34. 55. 62.72.86.87.92. 125. 132. 138. 147.156. *&* 166. illud assimilat publico incendio, ac pestiferæ flammæ hùc, illudque vaganti, ac omne hominum genus absorbenti, quæ quidem strages in nostra Ciuitate Montiliæ ferè per annum durauit pertinacissimè *Summar. num.*7.44.63.87.94. 116.126. 132.133. *&* 147. nullis Medicorum, ac Procerum suffragantibus diligentijs vti ostensum est.

Quapropter cum ex improuiso fuerit hæc atrox flamma cohibita ad fusas Deo preces, ac imploratam Beati opem, profectò constat manifestissimè, id fuisse opus miraculosum dexteræ Excelsi, *Eccles.* 13 5.

Qu.

Qui transeuntes per ignem, & aquam eduxit in refrigerium Psal.65. 6. *Qui excutit flammam ignis*, Daniel.3. *Quique dilectis suis concedit, vt super Aspidem, & Basiliscum ambulent, & conculcent Leonem, & Draconem*, (Psal.90.) vt in simili ponderant Rotæ Auditores *in Relatione B. Ioannis de Deo* 1. *Mirac. in vita*, §. *Id verò*, *fol. mihi* 37. Ea etenim est huius morbi vis & sæuities, vt nonnisi temporis diuturnitate mitigari, & cessare possit, & propterea Miraculo tribuerunt Auditores Rotæ *in dicta Relatione S. Francisci Xauerij*, *Mirac.*3. *post mortem dicto* §. *Quod verò*, timprouisam liberationem Malacæ ab huiusmodi contagiosa lue; eòque libentiùs est Miraculo tribuendum, ex quo Testes Medici *dicto Summ. num.*15. 16., & 178. Id constantissimè asseruere, quibus omninò est deferendum, vt in nostris præcisis terminis contagiosæ luis tenuerunt Rotæ Auditores *in Relatione S. Raymundi*, *par.*2. *in* 16. *Mirac. circa fin. S. Caroli*, *par.*3. *de Mirac. vers. Quartò accedit Iudicium Medicorum*, & *S. Francisci Xauerij*, *eodem Mirac.*3. *dicto* §. *Quod verò*, & *dec.*4 *n.*3. *penès Zacch. quæst. Medicoleg. tom.*2.

Secundò, quia Pestis Montiliæ restitit eo temporis, quo in summo rigore grassabatur, ac in maiori numero, ac antea homines occumbebant, vt *num.*8. 13. 20. 43. 44. 63. 110. 118. & 130. ex quo magis augeri Miraculum firmauit *Rota in dicta Relatione S. Francisci Xauerij d.* §. *Quòd verò*, rationem reddens ibi: *Nec vspiam visum fuit, nec per naturam videri potest, vt Pestis, quæ in summo rigore grassaretur, statim, & omninò naturalitèr cessaret &c. vt enim* Hippocr. Aphor.30. *circa initia*, & *fines omnia sunt mitiora*, *in vigore verò vehementissima sunt omnia*, & *morbus tunc iste nullis cedebat remedijs*, *quapropter miraculosè contagiosa hæc*, & *pestifera lues aduentu Corporis P. Xauerij*, (aduentu dicemus nos Iconis nostri B. Solani Processionalitèr delati) *compressa est*, & *euanuit*, *non paulatim*, *vel temporis spatio*, *non præsidijs à natura*, *vel arte comparatis*, *non Cæli constitutione*, *vel intemperie mutata*, *vt naturalitèr*, *rarò tamen*, & *tardè euenire solet*, *sed Xauerij meritis* (Solani dicemus) *vnico momento Deus Pestem compressit*, *vt planè Diuina*, & *naturæ ordinem superante*, *vt scilicèt hoc Miraculo Serui sui sanctitatem declararet*, & iuxtà hunc Auditorum Rotæ sensum processit Bulla Canonizationis eiusdem S. Francisci Xauerij, de qua sanctæ mem: Vrbanus VIII. *Constit.*3. §.4. *vers. In qua cùm sæuissima Pestis*, *pag. mihi* 17. *Bullar. tom.*5.

Tertiò, quia cessauit prædicta lues, quando ad eius augumentum incitabatur ab æstiuo calore tunc ingruente, vt prænotauimus, quo tempore magis quàm quocumque alio hunc morbum efferuescere ponderat *Zacch. quæst. Medicoleg. tom.*2. *cons.*27. *n.*1., ibi: *Per Æstatem*, & *Autumnum solet maximè sæuire*; & rarò, aut nunquam ineunte æstu compesci probat *Septal. de Peste lib.*2. *cap. vlt.*, & Iurisconsultis *Caranz. de Med. par.*3. *n.*75. *Paulus Zacc. lib.*3. *tit.*3. *n.*54.

Quartò, quia subsequenti die immediato ad Processionem præfatam nullus fuit infirmatus, neque occubuit è Pestilentia, ex iam dictis sub §. *Secundò quod subsequenti*, idque maximè attenderunt Auditores Rotæ *in d. Relatione S. Francisci Xauerij d.* §. *Quod verò*.

Quintò, quòd eo temporis, quo liberata remansit Montiliana Ciuitas à Peste, hęc atrociter cladem suam continuabat in contiguis locis circumcirca d. Ciuitatem, vndè videtur renouatum extitisse Miraculum Babylone patratum, de quo *in Daniel.*33. 22. ex quo foris, non intùs illa pestifera flamma perseuerauit.

SVM-

SVMMARIVM
TESTIVM
Super secundo Miraculo.

Ex Positione Anni 1692. ubi est VII.
Pag. 82.

De visu.

I. *Testis in Process.* XXV. *D. Ioannes Bernabe de Arroyo, Doctor Medicus, in Salmantina Academia, Ciuis Montiliæ, vbi professionem exercet, ætatis annorum 73. iuxtà 13. interrogat. Process. fol.* 744. *tergo in fin. Respondit.*

CHE ritrouandosi la Città di Montilia appestata nell'anno passato del 1682., e nell'augumento di detta infermità, si fece repentinamente vn doppo pranso, che non si ricorda di che giorno, nè mese, vna Processione dalli Religiosi dell'Ordine di San Francesco, nella quale portauano l'Imagine del Beato Solano, e varie dimostrationi di penitenza; & à detta Processione si aggregò molta gente, inuocando con gran tenerezza, e diuotione l'intercessione di detto Beato, perchè Dio Nostro Signore liberasse quella Città dal trauaglio, nel quale si ritrouaua; & essendo andata detta Processione fino alla porta dell'Ospedale, portando sopra la machina, in cui andaua l'Effigie di detto Beato, certe canestrelle di vue passe, e biscottini, quali si diedero agl'Infermieri di detto Ospedale: successe, che essendo state distribuite agl'Infermi, che attualmente erano in quello, *non ne morì alcuno di quelli, che mangiarono dette vue passe, e biscottini, e fin da questo giorno cessò totalmente la peste in questa Città*; il che sà questo Testimonio, perchè si ritrouò presente alla Processione, la quale ritornò al suo Conuento, e per hauer assistito alle Consulte delli Deputati di questa Città, doue si haueua la notitia induiduale di tutto quello, che passaua, spettante à detta Epidemia, con che fù serrato l'Ospedale di lì a vn mese incirca, e poteua essersi fatto anche prima, se non che aspettarono l'ordine da Madrid per farlo, e non venne da quella Corte, fino a tanto, che furono molto bene assicurati della sanità di detta Città.

1. Anno 1682. Epidemia grassante, Processionaliter Beati opus inuocata fuit.

2. Nullus interijt ex ijs, qui vuas, & crustula Beati nomine distributa, comederunt.

3. A die Processionis Epidemia extincta fuit.

4. Post mensem clausum fuit Nosocomium, & priùs claudi poterat.

Et interrogato da Sua Signoria, di che qualità era l'infettione dell'Epidemia, e che accidenti, ò segni l'accompagnassero. Disse, che era stata introdotta per robba contagiosa, che vi fù portata da differenti parti, che patiuano il medesimo male, come si venne in chiaro dalla Giustitia, con assistenza di questo Testimonio, e che haueua gli accidenti, e segni, che ordinariamente portano con se l'Epidemie pestilenti, con febri ardenti, delirij, vomiti, carbonchi, e buboni sotto le braccia, e nell'anguinaglie, e questi di-

5. Origo dictæ Epidemiæ.

6. Epidemiæ signa.

così

così mala qualità; che la maggior parte moriua in breuissimo tempo, come lo vidde questo Testimonio.

Interrogato, di che maniera, e quando sia stata introdotta in detta Città. Disse, hauer già detto, che per causa di robba, che vi si portò da luoghi appestati, e non si ricorda del tempo, in cui fù introdotta, solamente, che l'introduttione fù a poco, a poco.

Interrogato, quanto tempo haueua durato. Disse, che dal tempo, che s'introdusse, fin che cessò, gli pare, che passarebbe più di vn'anno.

7. Epidemia durauit per annū, & ampliùs.

Interrogato, se fù più crudele nel mese di Luglio, ò più benigna, e se moriuano più, ò meno persone prima del detto mese di Luglio. Disse, che sù li principij, che s'introdusse, andaua placidamente, e nè moriuano pochi, e che nel tempo dell'Ospedale, era (specialmente nel tempo della Processione di penitenza) nel suo augumento, e ne moriuano molti, non ricordandosi, che mese era.

8. Tempus Processionis lues erat in augmento.

Quintus Testis Licentiatus D. Franciscus del Cerro Pedrazza Cordubensis Sacerdos, Sacræ Theologiæ, & Philosophiæ Baccalaurus, Confessarius, & Prædicator, Parochus, & Rector Ecclesiæ Sancti Nicolai Ciuitatis Cordubensis. Cappellanus Regius, & olim Rector Collegij Sancti Pelagij eiusdem Ciuitatis annorum 65. *Proc. fol. 274. terg.*

Num. 4. Testes ignorantes Pestem Montiliæ.

Alla decimaterza domanda della liberatione della Città di Montilla dalla Epidemia della Peste.

Disse, che non sà.

13. Testis D. Ferdinandus Antonius del Rosal Sacerdos, Thesaurarius Gathedralis Cordubensis, Regius Cappellanus, Ciuis Cordubensis annoaum 50. *Proc. fol.*1695. *terg.*

Alla decimarerza domanda sopra la Sanità della Città di Montilla dall'Epidemia di Peste.

Disse, che non sà niente.

14. Testis D. Gregorius de Victoria, & Abila Sacerdos Sacræ Theologiæ Doct. Canonicus Pœnitentiarius Cathedralis Cordubensis, Iudex, & Examinator Synodalis Ciuis Guadixensis annorum 68. *Proc. fol.*1705.

Alla decimaterza domanda sopra la liberatione della Città di Montilla dall'Epidemia di Peste.

Disse, che non sà niente.

16. Testis R. P. Fr. Matthias de Panyagua Cordubensis Religiosus Sacerdos Ordinis Sanctiss. Trinitatis Calceatorum Magister de numero Sac. Theologiæ, Examinator Synodalis Episcopatus Malacensis, Minister Conuentus Cordubensis, & olim in Curia sui Ordinis Procurator Generalis annorum 52. *Proc. fol.*1726.

Alla decimaterza domanda in ordine alla liberatione della Città di Montilla dall'Epidemia di Peste.

Disse, che non sà cosa alcuna.

17. Testis R. P. Fr. Ioannes à Conceptione Granatensis Religiosus Sacerdos Ordinis Sanctiss. Trinitatis Excalceatorum, olim Redemptor, & in Conuentibus Ciuitatum Malacensis, Hispalensis, & Cordubensis, olim Minister, & actualis in dicto Conuentu Ciuitatis Cordubensis annorum 55. *Proc. fol.*1735. *ter.*

Alla decimaterza domanda sopra la liberatione della Città di Montilla dell'Epidemia di Peste.

Disse, che non lo sà.

19. Testis D. D. Franciscus Aloysius Ferdinandus de Corduba Eques de Calatraua, Marchio de Moratalla, Dominus Belmontis, Comes de Priego, Baro, & Dominus multorum locorum in Regnis Aragoniæ, & Valentiæ, Patronus Maioris Cappellæ Ecclesiæ Regij Conuentus S. Pauli Ordinis S. Dominici Ciuitatis Cordubensis annorum 55. *Proc. fol.*1755.

Alla decimaterza domanda sopra la liberatione della Città di Montilla dall'Epidemia di Peste.

Disse, che non sà cos'alcuna.

21. Testis. D. D. Aloysius Antonius Mesia de la Zerda Ciuis Cordubensis Eques de Calatraua, Marchio de la Vega, & vnus ex 24. Magnatibus dictæ Ciuitatis, & perpetuus Patronus Regiæ Cappellæ Sanctæ Crucis, & Ecclesiæ Villæ de Monte Mayor annorum 30. *Process. fol.*1774.

Alla decimaterza domanda sopra la liberatione della Città di Montilla dall'Epidemia di Peste.

Disse, che non sà cos'alcuna.

22. Testis. D. Hieronymus Paez de Castillexo, & Valenzuela Ciuis Cordubensis Eques Ordinis de Calatraua, Dominus Villæ Artæ, & aliorum locorum annorum 50. *Proc. fol.*1783. *ter.*

Alla decimaterza domanda sopra la liberatione della Ciatà di Montilla dall'Epidemia di Peste.

Disse, che non sà cos'alcuna.

RESPONSIO FACTI, ET IVRIS

AD ANIMADVERSIONES *Reuerendissimi Promotoris*

SVPER SECVNDO MIRACVLO

HOC notabilissimum Miraculum (sic ingenuè vocatum à Reuerendissimo Promotore) ab eodem impugnatur circa probationem,& primò ex omissione repetitionis Francisci Isidori de Alua Regij Consiliarij, & Auditoris Cancellariæ Granaten. optimè informati; quippè cui commissa fuerat à Rege generalis sollicitudo pro curatione, & expulsione Pestis.

Sed cessat obiectum, ex quo tempore confecti Processus auctoritate Apostolica anno 1685. ipse morabatur Granatæ 70. Milliaria distantis, cuius Cancellariæ erat tunc Auditor, vndè auocari non poterat à sua Præfectura, nisi cum difficillimo Regis Catholici assensu,& per contrarium impossibile fuisset omnes accedere Granatam propter grauem Iudicum ætatem, & consequenter in hoc puncto excusare debet tanta distantia, vt in specie, quòd magna distantia morti æquiparetur ad effectum, vt Testes non repetiti probationem faciant, scribit *Crauett. de antiquit. temp. part. vltim. cap. 1. num.* 8. ibi: *vel ab eis longè adeò absentibus, vt examinari non possint*. *Menoch. de Arbitr. cas.* 487. *num.* 6. Prout etiam videmus, quòd ista causa operatur, vt examinati coram Iudice incompetenti etiam probent *Roman. in L. Si verò, §. de Viro; & in 54. fallent. vers.* 15. *Probatur ff. Solut. Matrimon. Marsil. singul.* 211. *Rota Ianuen. decis.* 3. *num.* 17., *& decis.* 77. *num.* 5., *& Rota Romana decis.* 316. *num.* 5. *coram Buratto, & in recent. decis.* 369. *num* 21. *part.* 19.

Facilius quando habemus nedum sufficientem, sed etiam abundantissimam probationem ex alijs sexaginta Testibus conflatam, qui sunt magis informati, quàm Isidorus de Aluas, tamquam Medici, Infirmarij, & alij de facto, & visu proprio testantes, ita vt depositio dicti Isidori solùm inseruire potuerit ex abundanti, & ad augendam probationem, quo proindè casu etiam Testis non repetitus sufficit ad præbendum adminiculum probationi iam perfectæ. *Ruin. cons.* 46. *num.* 10. *lib.* 4. *Crauett. cons.* 198. *num.* 11. *Peregrin. decis.* 213. *num.* 1., *Rota coram Verall. decis.* 208. *num.* 19. *part.* 1., *& coram Gregor. decis.* 163. *num.* 1. *ibique Adden. num.* 10. *& decis.* 562. *num.* 3., *& decis.* 18. *num.* 3., *& decis.* 661. *num.* 1. *part.* 2. *recent.*

Sic etiam non aduersatur, quòd examen dicti Isidori discrepet ab alijs Testibus, & primò, quia dicit tempus Contagionis sumpsisse

 initium

Initium Hyeme præcedenti, vndè eum fuerit examinatus de mense Decembris 1682. pernecesse intellexerit de Hyeme anni 1681. contra assertionem nostrorum Testium initium Pestis referentium ad mensem Iunij seù Iulij 1681. à quibus omnibus discordat sextus Testis Iesuita affirmans morbum incepisse de mense Nouembris 1680.

Sed hæc discrepantia cessat aduertendo, quòd Testes explicantes initium morbi de mense Iunij 1681. non loquuntur de morbo iam publicato, & vti contagioso declarato, sed de illius primordijs occultis occasione asportationis quorundam mobilium à Villa Monturquensi Contagione correpta ad domum Nicolai de los Moros, qui primus in Ciuitatem Montiliæ dictam Contagionem inuexit, & hæc veritas, quòd Morbus contagiosus irrepserit Montiliæ de mense Iulij 1681. sed per plures menses celatus, & non declaratus, seù publicatus remanserit, constat ex depositione secundi Testis dati infra in *Summario* super 3. Miraculo *Num.* 19. ibi: *Che nell'anno passato del* 1681. *di Luglio, ò Agosto, che già v'era, se bene non dichiarata la Peste nella detta Città di Montilia*. &. in *Summario* super præsenti Miraculo *Num.* 17. ibi: *Essendo trauagliata dalla epidemia di Peste la Città di Montilla nell'anno* 1681. *per non esser priuati del commercio, andarono velandola, e dissimulandola per lo spatio di dieci mesi in circa, fino à tanto che s'accese di maniera, che non potè più tenersi celata*. Ex *num.* 62. 64. 116. & 169.

Per contrarium verò Isidorus de Alua nihil contrariatur relatis Testibus, quia quatenùs deponit initium Pestis, seù Contagium *esserui stato attaccato l'Inuerno passato di questo presente anno* 1682. intelligendus est non quidem de initio Pestis occulto, & celato, de quo Testes loquuntur, sed de initio Pestis iam diuulgatæ, & non ampliùs occultatæ, quod præcisè successit intrà Hyemem anni 1682. vt deponunt Testes *num.* 62. 63. 147. 207. & 230. Neque est nouum, vt Pestis ab initio occultari soleat, ad vitandum incommodum interdictionis commercij, & publicorum negociorum à qua Ciues summoperè abhorrent, sibique diù blandiuntur sperando morbum non esse contagiosum, licèt cum maximo damno, cum interim latiùs diffundatur, & perniciosius gliscat, vt optimè aduertit. *Cardinalis Gastaldus in suo Tractatu de Peste cap.* 256. *num.* 10. & 11. vbi licèt statim huic morbo suadeat esse occurrendum, tamen non statim abrumpenda esse commercia, nec subitò terrore perCellendos Ciues insinuat; benè verum est, quòd nimis oscitanter in Montiliana Contagione actum fuit, & ob id eam sæuiùs inualuisse narrant Testes, signanter secundus *n.* 17. vbi quòd interdictio commercij dilatata fuit per decem menses circiter, & tertius Testis *num.* 41., & obseruat *Rip. de Peste, tit. de Remedijs ad curand. Pestem, num.* 2. vbi, *quòd subitò eradicanda sunt huius morbi mala semina, & principijs obstandum est, aliàs serò medicina paratur*. Potuerunt itaque Testes affirmantes contagionem incepisse de mense Iunij id tutò asserere, licèt morbus non esset adhuc diffusus, & declaratus, & rari morerentur, vt monet *Card. Gastald. de Peste cap.* 256. *num.* 6.

Curandum propereà non est, quòd dictus Testis VI. Iesuita à cæteris discrepans, initium refundat ad mensem Nouembris anni 1680. cùm enim in hoc sit vnicus, destruere non valet perfectam probationem

tionem resultantem ex concordi tot aliorum depositione, vt per *Text. in cap: Licèt, & in cap. Veniens, & in cap. Iurisiurandi de Testib.* monent *Abb. in cap. Cùm à nobis, vers. Nota pulchrum, eodem tit. Couarru. pract. quaest. cap. 33. num. 33. vers. His accedit, Rota coram Gregor. decis. 178. num. 1. & 2.* Praesertim cùm circa tempus dubitatiuè deponat, vt indicant verba, *se male non si ricorda*, *Summario obiectionali Reuerendissimi Promotoris dato post eius animaduersiones super hoc Miraculo, infrà num. 383. in princ.* vt ad effectum vitandi contrarietatem respondit *Rota coram Gregor. decis. 558. num. 4. & 5.* Si enim ex dicto dubio probatio consurgere nequit, vt aduertit *Nat. cons. 170. num. 9.* multò minùs ex illo euerti potest probatio iam perfecta, vt tradunt *Castrens. cons. 26. num. 3. vers. Item concludo, L. 1. Alex. cons. 156. num. 11. & 12. & cons. 175. num. 3. in fine L. 7. Socein. Iun. cons. 31. num. 31. in fine, & num. 32. L. 2 Crauett. cons. 78. num. 8. vers. Ampliùs si vnus Testis, Ber. cons. 201. num. 40. l. 3. Afflict. decis. 178. num. 8. Rota coram Gregor. decis. 260. num. 7.* Maximè cum haec discrepantia non sit circa substantialia, nec induat contrarietatem, qua remota, probatio non perit, sed tenetur Iudex assensum praebere Testibus, quibus ratione maioris numeri, dignitatis, aut verisimitudinis maior lux veritatis assistit, vt est Textus expressus in *cap. Licet causam, vers. Ex praemissis, de Probat. & in cap. Literis, vbi magistraliter Glossa magna in verb. eorum, & in §. Ob earmen, & ibi quoque Glossa verb. in pari numero, ff. de Testibus, Abas in cap. In nostra, num. 4. de Test.* ibique *Adden. Io: Andr. ibidem num. 5. & seqq. caeterique Canonistae, Felin. in cap. Ex literis, num. 5. de Probat. Alex. cons. 143. num. 3. lib. 2. Gabriel. de Test. conclus. 4. num. 28. cum seqq.*

Tertiò considerat Reuerendissimus Promotor aliam discrepantiam inter eundem Isidorum de Alua non repetitum, & alios, dum iste asserit, quòd post primam Processionem Ciuitas experta fuit notabilem morbi diminutionem, vt in *Summario obiectionali, Num. 1. Lit. B.* & alij Testes affirmant subitam tota'em cessationem, sed haec discrepantia de facili componitur; quia illi Testes, qu dicunt cessasse Pestem in Ciuitate statim post primam Processione m, non excludunt, quod postea nonnulli infirmi remanserint; sed subiungunt, quòd isti Infirmi fuerint illi met, qui egressi fueran t de Nosocomio ob conualescentiam, vt in *Summ. num. 100.* & pariter, quod isti non laborarunt ampliùs morbo contagioso, sed mutata specie, malum in eis euasit mitioris qualitatis vt *Num. 28. 52. & 223.*, & consequenter conciliatur dictum Testium cum examine Isidori de Alua, quippè bene conueniunt inter se ista duo, nempè quòd statim Pestis cessauerit, habito respectu ad instantaneam eius expulsionem, quòdque successerit melioratio mali habito respectu ad nonnullos Infirmos, qui rarissimi tamen, & cum morbo mitiori Nosocomium ingressi sunt, cùm ista melioratio idem importet, ac sanatio in subiecta materia expulsionis Pestis de Ciuitate, & Vniuersitate, vbi Miraculum consistit in extinguendo impetu Pestilentiae in suo incremento stragem hominum facientis, non attento quòd aliquis ex. gr. Titius, vel Sempronius infirmus remaneat, cùm hoc pertineat ad particulare, non ad vniuersale; nam etiam in Ciuitate sana adsunt Infirmi, & maximè quando constat dictos Infirmos qui remanserunt, non laborasse eodem Morbo pestilen-

tisli, sed mitiori, & diuersæ qualitatis, etiamsi fuerint delati ad Nosocomium, cùm tempore Contagionis omnes morbi licèt tales non sint, contagiosi reputentur, & proindè qualescunque Ægri ad Nosocomium deferri debeant, vt monet *Vallef. de Peste, cap. 7. pag. 96. vers. Statumus tertio, Card. Gastald. de Peste, cap. 256. num. 34. & 35.*

Quodque Isidorus de Alua deponens tantùm super melioratione, intelligat de vera liberatione Ciuitatis à peste, & solùm vsus fuerit verbo illo *meliorationis* ad denotandos nonnullos paucissimos ægros, qui successiuè laborarunt morbo mitiori, & non ampliùs pestifero, sicut priùs, liquet ex eius verbis, ibi: *Sin da questo giorno* (scilicèt primæ Processionis) *si migliorò tanto notabilmente, che non già solo come soleua ritornò di nuouo ad esser benigno il male, se non che &c. era così raro l'Infermo &c.* quod residuum aliquorum Infirmorum benigniori morbo laborantium non est incompatibili cùm instantanea expulsione pestis de Vrbe, tempore, quo ea erat in maiori incremento, vbi naturaliter impossibile est, quod statim cesset In suo maiori feruore, & quod solùm aliqui rarissimi Infirmi remaneant mitiori morbo affecti, cùm id succedat etiam in Ciuitate sana.

Considerat etiam Reuerendiss. Promotor discrepantiam circa præcisum tempus secundæ Processionis, quàm idem Isidorus de Alua narrat sequutam fuisse initio mensis Iunij, & alij die 13. eiusdem, *Num. 30. 54. 124. 154.* & alius in eius medietate *Num. 103.* At vltrà illius leuitatem omninò spernendam, cùm non respiciat vllum ex substantialibus extremis, facillima est solutio, quia Isidorus de Alua dùm loquitur de initio mensis Iunij refert determinationem captam prò inducendo publicam Processionem in gratiarum actionem, & claudendo Hospitale, non de illius executione, quæ contingere potuit circa illius medietatem, nempè die decimatertia, prout alij Testes enarrant, & ità planè intelligi debent verba per Reuerendissimum Promotorem relata, ibi: *Ne' primi giorni del mese di Giugno si prese risolutione di fare vn'altra Processione publica in rendimento di grazie, serrando l'Ospedale.* — quæ non explicant actum præteritum, sed in futurum perficiendum, vt de similibus verbis tradunt *Peregrin. de fideicomm. artic. 46. num. 29., Rota coram Cerro decis. 822. num. 1. & 2., & coram Coccin. dec. 48. num. 1. & 8.*

Inter ipsos etiam Testes auctoritate Apostolica examinatos nonnullas contradictiones animaduertit Reuerendiss. Promotor, & inprimis, quod VI. Testis Iesuita, *process. fol. 267. tergo*, post narratum initium Montilianæ contagionis de mense Nouembris 1680. referre prosequatur liberationem totalem de mense Ianuarij 1681. post factum votum celebrationis anniuersariæ festiuitatis in honorem Beati, eiusque electionis in Patronum, in quo ab alijs discrepat narrantibus initium morbi de mense Iunij 1681., eiusque cessationem post factam Processionem de Mense Aprilis 1682.

Verùm vltrà responsionem supra traditam *S. Cæterandum, propterea*, obseruandum est, quod dictus VI. Testis Iesuita non loquitur de hac contagione, sed de generali lue, quæ totam Prouinciam Bæthicam inuaserat de anno 1680. cuius forsàn aliqua scintilla Montilianam Ciuitatem quoque peruasit, & tunc ad præseruationem obti-

obtinendam contigit electio in Patronum nostri Beati, de quo ea-sic loquitur dictus Testis, & deinde narrat stragem ex superuenienti contagione subsequutam, quam Deus permisit, vt per eius subitam cessationem post habitam supplicationem, cùm delatione Imaginis Beati magis elucesceret illius Sanctitas, & quam ipsi grata, & accepta esset illius intercessio, dùm statim sæuissimum vltionis flagellum suspendit.

Obseruat insuper discrepantiam inter tertium Testem Nosocomij Præfectum, *vt in Summario Num.* 41, asserentem, quod initio Ianuarij anni 1682. morbus incrementum sumpsit, dùm anteà paulatim gliscebat, & inter XXVII. hodiè datum *in Summario Num.* 228. affirmantem, quod à mense Iunij 1681. multi moriebantur, & strages toto dicto anno continuauit cùm magno excessu. Quæ tamen discrepantia cessat obseruando, quod reuera XXVII. Testis continuationem stragis excessiue refundit in partem anni 1682. antè cessationem morbi, vt præseferunt verba data *in Summario Numero* 231. *& seqq.* ibi; *Et in specie dal principio dell' anno seguente del* 82. *li mesi di Gennaro, Febraro, e Marzo*, vndè conuenit, cùm alio asserente, quod antè annum 1682. morbus erat mitior, quod verificari potest, licet multi morerentur, habito respectu ad subsequentem maiorem stragem.

Vlteriùs animaduertit, quod Testes sint discordes circa numerum mortuorum, dùm alij asserunt, quod mense Aprilis 1682. antè primam Processionem quotidiè moriebantur in Hospitali octo, vel decem; alij verò dicunt, quod quotidiè decedebant 14. vel 15.

Facilis tamen est conciliatio distinguendo tempora, quia cùm pestis quotidiè cresceret eundo, proindè, qui dicunt quotidianum numerum mortuorum fuisse in octo, vel decem loquuntur in principio Aprilis, & antequam pestis esset in suo maiori augumento, *vt in Summario Num.* 93. 212. 258. *&* 314. Illi autem, qui deponunt de maiori numero, scilicet 14. vel 15. loquuntur circa finem Aprilis, per tres, vel quatuor dies antè primam Processionem, quando contagium erat in suo maximo feruore, & summo incremento, propter quod Franciscani moti fuerunt ad peragendam Processionem prò placanda ira Diuina, vt explicat, & declarat I. Testis *process. fol.* 172. in verbis transcriptis per Reuerendissimum Promotorem, ibi: *Vi fù giorno, nel quale mortrono quattordici persone &c., e questo trè, ò quattro giorni auanti la Processione, il che recò molta nouità, stante che l' ordinario era sette, ò otto*. Et meliùs XVII. Testis, *Summ. Num.* 314. ibi: *Riconoscendosi, che li morti d'ogni giorno in detto Ospedale erano da otto in dieci, auanzandosi di modo, che nel penultimo giorno di Aprile morirono quattordici, è quindici*. Et concordant alij Testes, *Summario num.* 18. *&* 19. ibi: *E nel giorno* 29. *del detto mese di Aprile &c. gli rispose Frà Antonio de Flores, &c. che calcasse la mano negli esercitij di penitenza, perche s' era aggrauato molto più l' epidemia, in modo che erane morti* 14., *& Num.* 43., *&* 149. Et consequenter nulla adest contradictio inter Testes deponentes de numero minori, cùm eis, qui deponunt de maiori, cùm isti distinguentes vnum tempus ab alio, seù tempus antecedens ab vltimo, verificent dicta illorum, qui de minori numero deponunt, vt dixit *Baldus in leg.* 2. *num.* 5. *C. de bonor. post secun. Tabul. Verall. decis.* 206. *num.* 5. *part.* 2. *Ro-*

ta coram Coccin. decis. 99. *num.* 3. *decis.* 1644. *numero* 16., *& decis.* 1734. *num.* 10.

Obseruando etiam, duas alias responsiones, quæ omnem dirimunt rationem difficultatis. Alteram, quod si qui Testes adsunt, referentes quotidiè occubuisse 14. vel 15. homines, se non coarctant ad solùm Hospitale, & ideò intelligendi sunt de mortuis in tota Ciuitate, non autem in solo Hospitali, cùm generaliter loquantur, quales sunt Testes dati *in Summario Num.* 133. ibi: *Morirono in detta Città dà quindici in sedici persone*, *& Num.* 290. 233. *&* 236.

Alteram verò, quod pestis non faciebat pactum de occidendo tot homines determinatos quolibet die, & propterea in hac materia non requiritur, quod Testes numerum præcisum deponant; nec attenditur, quod in eo referendo aliqualiter varient; sed satis est, quod circum circà feriant numerum magis consuetum, ita ut Testes, quorum vnus plùs alio deponit circa numerum, non dicantur inter se contrarij tamquàm recipientes conciliationem secundùm vnum, vel alium diem, quo plùs, vel minùs homines moriebantur, vt tradunt *Cuman. cons.* 17. *num.* 1., *Spada cons.* 101. *num.* 29. *lib.* 3., *Farinac. de Testib. quæst.* 64. *num.* 233., *Rota coram Gregor. decis.* 568. *num.* 2. *coram Buratt. decis.* 624. *num.* 9., *& coram Bich. decis.* 20. *num.* 10.

Insurgit quoque Reuerendiss. Promotor contra probationem subitæ cessationis mortis narratæ à Primo *Num.* 2., & à Tertiò *Num.* 48. asserentibus, quod nemo ex ijs ægrotis, qui comederunt vuas distributas, cùm crustulis assatis, vulgò *biscottini*, mortuus fuit, & ab illa die morbus in totum cessauit, ex eo, quia illa excludant tam dictus Isidorus de Alua, *Summario obiectionali Reuerendiss. Promotoris infrà Num. I. littera C.*, quàm nostri Testes, scilicet Primus, *process. fol.* 178., vbi durationem morbi extendit vsque ad finem Iunij; & XXVII. *in Summario supra Num.* 320. affirmans de auditu, quod ex Infirmis, qui ea die reperiebantur in Hospitali, duo, vel tres interierunt; & XIX. idem confirmans *dicto Summario Num.* 298. deponendo de tribus, vel quatuor diebus subsequentibus; & Medicus, *eodem Summario num.* 211.; ac XX. Testis, *process. fol.* 624.; prout etiam nonnulli affirmant aliquos Infirmos fuisse ad Hospitale posteà delatos, scilicet Præfectus Nosocomij, *process. fol.* 619. *tergo*; & Testis LIII. *fol.* 1304. *&* 1312. Vnde arguit infringi depositiones eorum Testium, qui asseruerunt nullum Infirmum post Processionem in illud se recepisse.

Ad huiusmodi discrepantia, aut omninò diluitur, aut non releuat; Quippè supposito, quod omnes 60. Testes conueniant in eo, quod post peractam primam processionem pestis cessauerit, vt habetur in toto *Summario*, particulares contradictiones nihil ponderis habere possunt, nàm quantum ad Testes datos supra *in Summario Num.* 212. 298. *&* 320., asserentes, quod Infirmi Hospitalis, seù Nosocomij post comesas vuas, & crustula sub auspicijs Beati, prò maiori parte conualuerint, & solùm duo, vel tres obierint; respondetur, quod ipsi non sunt attendendi tamquam de auditu in ea parte, in qua supponunt aliquos in Hospitali obijsse, *vt in dicto Num.* 298. ibi: *Seppe*; & *Num.* 212. ibi: *Intese dire publicamente*; & *Num.* 319. — ibi: *Intese dire*, quibus proindè tamquam de

audi-

auditu non est præstanda fides in concursu aliorum datorum *in nostro Summario Numer.* 2.26. 47. 48. 69. 100. 121. 135.153.,*&* 172., qui sunt de visu, & facto proprio, cùm inter eos adsit Infirmarius Hospitalis, & alii informatissimi, itaut isti tamquam numero maiores, & de visu, non autem illi pauciores, & de auditu sint attendendi, *Rota decis.* 104. *num.* 7., *decis.* 146. *num.* 7. *decis.* 421. *num.* 18. *decis.* 600.*num.*6. *coram Cerro, & decis.*322. *num.* 6. *coram Gregor., & decis.* 1638. *num.* 3. *&* 5. *coram Coccino.*

Maximè quando auditus prædictorum Testium, qui opponuntur potuit causari ex erroneo populi sermone, dùm in tanta lætitia liberationis Ciuitatis à peste oriri solet confusio popularis, & omnes asserunt, quod ignorant, vt legitur apud *Tacit. lib.*1. *Histor.*, ubi, quod Galba in confusione populi, ingruente Othonis coniuratione, non poterat scire veritatem facti, quod tamen omnes asserebant, ibi. *Nemo sciet, & omnes affirmare, donec inopia veri, & consensu errantium victus Galba sella leuaretur.* Et est regulare, & consuetum vitium populi in magnis casibus (vt est iste subitæ liberationis Ciuitatis à peste) falsa, & incomperta asserere, vt notat idem *Tacit. lib.* 3. *annal.* ibi: *Apud illos, homines qui tum agebant vario rumore iactata, adeo maxima quæque ambigua sunt, dum alij quoquo modo audita pro compertis habent, alij verò in contrarium vertunt.* Et habetur exemplum etiam ex Sacra pagina Reg. 12.30. vbi fama ita dicebat: *Cumque adhuc pergerent in itinere fama peruenit ad Dauid, dicens; Percussit Absalon omnes filios Regis, & non remansit ex eis saltem Vnus.* Quàntum tamenn hæc popularis fama multum à veritate errabat, dum non omnes filij Regis occisi fuerant, sed Amnon solus, clare liquet ex ipso Textu dicente: *Respondens autem Ionadab filius Semnæ fratris Dauid: nè æstimet Dominus meus Rex, quod omnes pueri filii Regis occisi sint; Amnon solus mortuus est.* Ideoque Testes de auditu in confusione populari promptè refutandi veniunt, vt obseruat *Tacit.lib.*4. *annal.* ibi *Hæc vulgo iactata super id, quod nullo, auctore certo firmantur, promptè refutaueris*, & firmauit *Rota in Comen. Parochialis* 16. *Februarii* 1690. §. *& sane. coram R. P. D. Caprara.*

Quatenùs vero aliqui ex Testibus per Reuerendissimum Promotorem indicatis asserunt post peractam primam Processionem aliquos Infirmos, licet rarissimos delatos fuisse ad Hospitale, in hac parte non excludunt liberationem instantaneam Ciuitatis à peste, vt infra respondetur §. *Releuantia, cum seq.* & supra responsum est §. *Tertio*, & sine difficultate, quia non intelligunt huiusmodi Infirmos laborasse morbo epidemico, dum post primam Processionem iste penitùs cessauit, vt benè explicat Testis datus *Summario Num.* 243. ibi: *Da quel medemo giorno in auanti non si riconobbe, ne si vidde, che di nuouo s'infermasse persona alcuna di detta Infermità pestilente*; sed intelligunt eosdem laborasse morbo diuerso, & qualitatis mitioris, vt ipsimet Testes explicant, *Summario Num.* 28. 52. *&* 213., quæ mutatio pestis in morbum benigniorem, & diuersum, est infallibile signum desinentis pestis, vt ex Medicorum iudicio, & experientia, considerat *Cardin. Gastald.dicto cap.* 256. *num.* 81. Vndè, quod aliquis obierit, vel ægrotauerit ex alio mor-

morbo non excludit subitam contagionis cessationem, quæ resultat ex numerosa serie Testium, ut legere est *Numer. 2. 3. 27. 59. 69. sub num.* 83. 104. 121. 123. 135. 139. 144. 152. 153. 155. 171. 174. 175. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 194. 196. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. & 205., quorum Testium numerus, & certior notitia præualere profectò debet vni, aut alteri minùs conscio ex iam allegatis.

Similiter non obstat, quod octo ex Testibus ex officio examinatis fateantur se ignorare Montilianam contagionem, & liberationem Ciuitatis ab eadem per intercessionem Beati, quæ ignorantia non videatur compatibilis cum publica voce, & fama circa, eandem, de qua deponunt alii Testes, cum isti tamquam Cordubenses, atque finitimi scire debuissent contagionem, quæ ferè per annum integrum Montiliam deuastauit; præsertim cùm XXI. ex præfatis Testibus dicat, ipsum de anno 1682. mansisse Montiliæ, quo tempore pestis adhuc durabat.

Quoniam prædicti Testes nullo modo subsistit, quod allegauerint ignorantiam Montilianæ contagionis, sed interrogati dumtaxat super liberatione Ciuitatis à Peste mediante intercessione, & inuocatione Beati, dixerunt, se id ignorare; & consequenter eorum ignorantia non percutit primum extremum, nempè existentiam publicæ Pestis omnibus notæ, sed secundum extremum, ac medium Miraculi scilicet expulsionem Pestis mediante inuocatione Beati; circa quam ignorantiam secundi extremi, ac medii miraculi prædicti Testes excusandi veniunt, omnes enim sunt incolæ Cordubenses, vt videre est, singulos percurrendo. Ac proindè cùm non essent Moutilienses, nec appareat sub tempus dictæ liberationis, eos degisse Montiliæ, nullum pænitus constitui potest fundamentum in eorum ignorantia ad præiudicium veritatis huius Miraculi. Et licet Testis XXI. dicat se anno 1682. Montiliæ mansisse verificari potest illius dictum in mensibus liberationem subsequentibus, itaut possibilis reddatur allegata ignorantia. Cum enim non possent referre circumstantias, & modum liberationis, tamquam non terrigenæ dicti loci, & absentes per 22. milliaria, iure merito responderunt, se nescire, non quia factum in genere ignorarent, sed quia præcisas illius circunstantias non benè notas haberent.

Releuantia impugnatur à Reuerendiss. Promotore ob defectum instantaneitatis, circa quam supplicamus ponderare, quod si ageretur de sanatione instantanea alicuius particularis ægroti ex peste, adhuc dicta instantaneitas resultaret, quamuis sanatio contigisset in spatio aliquot dierum ob grauitatem morbi, & difficillimæ curationis, vt egregiè de more docet *Emineneiss. Laurea in 3. sent. tom. 4. disput. 20. de Miracul. art. 20. pag. 197. num. 871.* inquiens; *Ex Miraculis præseruationis tantum à morte absque subita sanatiine à morbo fieri potest, vt quis in articulo mortis positus, & omninò desperatus per intercessionem alicuius Sancti &c. à morte præseruetur, & tamen à morbo, puta malignatis febris lethalis vulneris,* aut pestis *non statim curetur*, idque ex pluribus plenissimè comprobat.

Quid autem dicendum in præsenti, vbi non agitur de sanatione ali-

Cum

licuius particularis hominis peste infecti, sed de liberatione Ciuitatis ab ipsa peste, seuè grassante, & ad dictam liberationem Ciuitatis obtinendam implorata fuit Beati opes, *Numer.* 21. 66. 81. 98. 103. 106. 120. *sub* 134. 151. 165. 175. 182. *sub* 183. *sub* 184. 185. 186. 187. 188. 189. 195. 196. 199. 201. 203. 204. & 205. Cùm enim Miracula metiri debeamus ab inuocatione, adeout si ista sit limitata, effectus paritèr limitatus Miraculo adscribatur, vt innuit *Eminentiss. Laurea dicta disput.* 20. *artic.* 1. *pag.* 603. *num.* 906., vbi ait: *Nisi planè constaret de limitata illa petitione*, quod confirmat *num.* 906. ibi: *Nisi ex circumstantiis inuocationi limitatæ &c. constaret Deum sic operari &c.* inde sequitur, vt quemadmodum fuit limitata inuocatio ad obtinendam liberationem vniuersi populi in Communi, seù Ciuitatis, ita nihil obstet Miraculo, quod duo, aut tres infrà spatium aliquot dierum obijssent, quia inuocatio non fuit facta in particulari pro Titio, aut Caio, sed in vniuersali pro Ciuitate, quæ illico sanata extitit, cum sanatio Ciuitatis eo ipso verificetur, quod in suo maiori incremento expellitur morbus communis, & in vniuersum, consistens in illa frequentia hominum quotidiè occumbentium, nec attenditur si vnus, vel alius ex Ciuibus infirmus remansit, & maxime quando infirmitas prouenit ex morbo mitiori, & non ampliùs eodem pestifero, vt successisse in præsenti superiùs dictum est.

Et vlteriùs, quia liberatio Ciuitatis à peste, dicitur instantanea, & miraculosa, si statim ea remittat, seù elanguescat, licèt non totalitèr in momento extirpetur, sed cùm aliquo interuallo, vt in puncto habentur exempla de extinctione pestis Romæ tempore Sancti Gregorij Magni ad delationem Imaginis Beatissimæ Virginis, apud *Baron. in Annal. tom.* 8. *ad annum* 590. *num.* 19. *in fine*, ibi: *Non sic penitùs cessauit, vt omninò extincta fuerit.* Et in vita dicti Sancti ponderat *Ciaccon. tom.* 1. *ad dictum annum* 590. *pag. mihi* 404. *litt. D.*, ibi: *Atque ipse deindè morbus elanguit.* Et de peste extincta Constautiæ tempore Schismatis ad inuocationem Sancti Rocchi notat *Vvading. Annal. Minor. ad annum* 1327. *tom.* 3. *pag.* 346. §. *Dùm ad Constantiam*, ibi: *Breui pestis omnis euanuit.* Immò non est incompatibile cùm Miraculo instantaneæ sanationis, vt infrà mensem ea succedat; & non post primam, sed post secundam processionem, seù inuocationem Beati, vt egregiè aduertit *Cardin. Laurea in* 3. *sentent. disput.* 20. *de Miracul. artic.* 20. *num.* 864., quem refert, & sequitur *Pignatell., consult. Canon. tom.* 10. *consult.* 177. *num.* 29. *in fine.* Et in casu nostro post secundam Processionem remansit clausum Hospitale, & nullus penitùs ex Ciuibus auditus est infirmus, vt habetur in toto *Summario*, quod tamen motiuum dictum sit ex abundanti, quia sanatio Ciuitatis omninò successit post primam Processionem.

Rursùs obijcit, quod hæc pestifera Lues ortum non habuerit ex aeris infectione, sed ex contagione ob res infectas in Vrbem primum delatas, vt asserunt plures Testes per ipsum enumerati, adeòque potuerit naturalitèr illa cessare, diligentiis adhibitis, comburendi res infectas, quas narrant ferè omnes Testes, cùm hanc possibilitatem curationis, & remediorum vtilitatem, Auctores de hac materia tractantes insinuent, scilicèt *Anton. Portius de pest. lib.* 2. *cap.* 2. *circa*

 fin.

fin. Augustin. Buccius in tract, cuius titulus: Modo di conoscere, e distinguere gl'influssi pestilenti, e difendere da quelli con buoni ordini politici &c. pag. 5. vers. Ne ciò è basteuole, se anco non attendono à far subito abbruggiare le robbe; & *Card. Gastald. in tract. de auerten. & profligan. peste cap. 240. pag. 604. vers. Il medesimo, & vers. Quando le robbe per non esser capaci di purga sicura.*

Sed quantumuis valdè proficua, & necessaria existimari debeat diligentia expurgandi, & comburendi supellectiles contagione infectas, nè propter earum contactum illa magis serpat, atque diffundatur, ea tamen sufficiens esse non potest pro totali eiusdem extinctione, vt ipsa experientia huius pestilentiæ ostendit; cùm enim diligentiæ huiusmodi incæptæ fuerint per mensem antè Processionem, & imploratam opem Beati, nedùm morbus mitior non euasit, sed majori feritate, atque sæuitia debaccatus est, vt Ciuitatis deuastationem minaretur adeout subita illius cessatio post peractam Processionem tribui non possit ijsdem diligentiis, sed intercessioni nostri Beati suæ Patriæ liberatoris adscribenda veniat; præsertim cum diligentiæ non essent adeò exactæ, vt fraudibus aditus non relinqueretur, dùm pauperes, nè tenuis suppellectilis dispendium paterentur, omni studio illam occultabant, vt aliqui Testes affirmant, & in aliis quoque finitimis locis, non obstantibus istis diligentiis pestis grassari continuauit etiam post cessationem Montilianæ contagionis, quæ sanè circumstantia liberationis miraculosæ præstantiam auget, & super hoc puncto satisfaciunt nostri Medici, nempè D. Trullius §. *Cui difficultati*, & D. Manfredus, §. *Quamuis, cum seqq.*

Et sanè non sine Miraculo illam obtineri potuisse satis ostensum est supra §. *Releuantia, cum seqq.*, perpendendo tàm morbi qualitatem, quàm singulos progressus eiusdem, & extinctionis in eius maiori sæuitia, & incremento sequutæ circumstantias. Pestis quippè morbus est omnium acutissimus, & citissimè interimens, vt communitèr asserunt Medici, & præ aliis *Valles. de pest. cap. 7. pag. 97. vers. Probatum*, aliorumque auctoritatibus firmat *Card. Castald. eodem tract. cap. 256. num. 53. & 54.* Eaque Ciuitates, atque Prouincias, & integra Regna depopulatur ad instar feræ venenatæ insuperabilis, vt auctoritate *Galeni lib. de Theriac. ad Pisonem cap. 16.* probat *Angelus Victor. consult. Medic. consult. 89.*, cùm eodem obseruans, quod idcircò Athenienses magnis donis, & aurea corona donarunt Hyppocratem, eumque Virum diuinum appellarunt, eo quod Medicis documentis, artisque præsidiis ipsos aduersus pestem præmuniuerit, eiusque arcendæ rationem, & normam dictauerit. Et meritò quidem, quia cùm pestis ob eius insuperabilitatem, non obstantibus humanæ medicinæ præsidiis, quibus illam non cedere docet ibidem *Galenus*, Bellum Diuinum appelletur, vt tradit *Ripa de peste in exordio num. 8.* ibi; *Pestis est Bellum Dei, cui humanæ vires nequeunt resistere*; & notant *Bartol. in leg. 1. in princip. ff. de bonor. possess. ex testam. milit.*, & *leg. naturalitèr, ff. de vsucap.*, & communitèr scribentes *in cap. Ex transmissa, de præscript.*, *Alexand. cons. 30. num. 3. lib. 5.*, *Ruin. cons. 120. num. 4. lib. 5.*, *Cephal. cons. 776. num. 19.*, *Thesaur. quæst. forens. lib. 1. quæst. 3. num. 6.* Diuinum quoque Virum, contra illius feritatem præseruatorem omnium sapientissimi in Ethnicæ superstitionis tenebris

febris Athenienses meritò *Hyppocratem* appellarunt, quo profectò nomine meliori iure, & supremis honoribus donandus videtur noster Beatus, qui Patriam suam non medicinæ documentis, vel artis præsidiis, sed propriis apud Deum meritis, & præcipuè austerissimæ pænitentiæ, quam toto vitæ curriculo pro alienis criminibus innocens ipse tolerauit, à crudelissima contagione liberauit.

Ac propterea similem liberationem Ciuitatis Malacæ à peste ad intercessionem Sancti Francisci Xauerij obtentam insigni Miraculo adscribendam esse, consultat *Angel. Victor. dicta consult.* 89., prout illam pro Miraculo approbauit *Rota in eius Relatione, & Sedes Apostolica in Bulla Canonizationis eiusdem*, maximè cùm agatur de liberatione Montiliæ, quæ erat Patria Beati, vbi magis credibile, & verisimile est Miraculum, vt sic Deus, qui ei indulsit alia Miracula peragere, multò magis indulsisse dicamus, vt opem Diuinam impenderet in suæ Patriæ liberationem propter affectionem, & fortiùs quando vniuersa Ciuitas tale Miraculum pro indubitato credidit, & acclamauit, & in eius memoriam Templum Beato eleuauit tamquam *Liberatori Patriæ, & Fundatori Salutis*.

Tandem obijcitur, quod liberatio tribui possit meritis, & intercessioni Beatissimæ Virginis, ex eo quia processio directa fuerit ad ipsius Ecclesiam, appellatam *de los Remedios*. At hæc animaduersio non obstat, quoniam, vltrà relatam considerationem, quòd populus nostro Beato Templum erexit in signum eius Miraculi in suam Patriam collati, habemus in facto, quòd omnes Testes de hac processione loquentes concorditèr enarrant vniuersum populum voces, atque clamores direxisse ad inuocandum auxilium nostri Beati; & licèt ea potiùs ad hanc Ecclesiam, quàm ad Cathedralem directa fuerit, id euenit, quia in ista tantùm Ecclesia reperitur Imago Beati, vt explicat LIII. Testis datus in *Summario super primo Miraculo Num.* 32. ibi -- *Questa Testimonia se n' andò sola al Conuento, ed Ospedale di S. Giouanni di Dio di detta Città, doue stà vn Quadro del Santo Solano nell' Altare di Nostra Signora de los Remedios, & hauendoli rese molte grazie, fattagli orazione &c.* Et in hac ipsa Ecclesia supplicationes totiùs populi non fuerunt directæ ad implorandam opem Beatissimæ Virginis, sed Beati Solani, vt explicat Testis XVII. *Summario nostro Num.* 168. ibi -- *Et in questa forma andorono per le strade, fino ad arriuare alla Chiesa di Nostra Signora de los Remedios, doue si fece vna preghiera al detto Beato, doppo di che si portò alla Cappella, che chiamano del Portico, nella Casa, doue nacque detto Beato.* Itaque licet liberatio potuisset obtineri per intercessionem Beatissimæ Virginis ob eius præstantissima merita, attamen in casu nostro referenda est ad confirmationem Sanctitatis, & meritorum nostri Beati, cùm illius auxilium fuerit vnicè ab vniuerso populo inuocatum, & cuius Statua diei potest eidem, ità Deo permittente, proposita ad instar Serpentis ænei Israelitico Populo pro salutari signo exhibiti, vt eius intuitu sanarentur à plagis percussi per ignitos Serpentes illatis, vt narratur in sacra pagina *Num. cap.* 21. *vers.* 9. *litt. C.* Sic enim in Ciuitate, & Hospitali Montiliæ statim elato salutari signo Imaginis Beati eam intuentes, totaque Ciuitas liberationem obtinuerunt, nec pestiferum venenum vltrà nocuit. Quæque propterea liberatio similis extimari debet alteri miraculosæ obtentæ per in-

terceſſionem Sancti Martialis in Ciuitate Lemouicen. per eleuationem Corporis eiuſdem, quam narrat *Baronius anno* 1029. *n*.8. ibi -- *His diebus Lues grauiſſima Lemouicinos deuorauerit, incendens corpora, & exardeſcendo deuorans, donec omnes Aquitaniæ Epiſcopi Lemouicæ congregati Corpus Beati Martialis ab imo ſublatum Sepulchro, mortalium viribus oſtenderunt, & mox peſtis iſta ceſſauit.*

Franciſcus Maria Pitonius] *Aduoc.*
Thomas Montecatinus]

Frigdianus Caſtagnorius Cauſ. Sac. Palat. Apoſt., e Colleg. Patron.

REVISA.

Andreas Pierius Subpromotor Fidei.

SECVNDVM MIRACVLVM

Inſtantanea liberatio à Peſte Ciuitatis Montiliæ.

Conſultatio Domini Manfredi Medici.

A Ttentiſſimè inſudat Zaccutus Luſitanus *lib*. 4. *de Medic. princ. hiſt. quæſt*.42. ad probandum, nullum morbum Peſte crudeliorem eſſe; Vndè meritò in hanc declamationem erumpit pro quæſtionis coronide *legitur*: *Peſtis eſt morbus atrociſſimus, & omnes alios ſuperat atrocitate ſua, quare per antonomaſiam maiorum morborum maximus nuncupatur*. Hac affectione Epidemica miſera Motiliæ Ciuitas affligebatur, & illicò per inuocationem, & interceſſionem B. Solani fuit ab ea liberata.

Primum extremum huius veritatis adeò clarum eſt, vt probatione non egeat; Siquidem, & Medici talem decreuerunt eſſe, vt habetur *in Summario*. Et ipſi Ciues charitate erga vicinos incolas, & Vrbes moti, pati non formidarunt incommoda ſegregationis commercij, quod ſine manifeſta euidentia exiſtentis in Montilia Peſtis non feciſſent. Et quod omnem ſcrupulum circa hanc veritatem delet, eſt quod caracteribus peſtilentibus opprimebantur Patientes, nempè carbunculis, bubonibus, peticulis, vomitibus, delirijs, ac ardentiſſimis febribus, quæ omnia per contagium ex indiniduo in indiuiduum propagabantur, plurimique in ea Ciuitate hoc ferociſſimo morbo corripiebantur, imo ferè omnes ab illo extincti ſunt; cùm ſolemne ſit ibidem quatuordecim, vel quindecim in

dies

dies inuadi à morbo, totidemque singulis diebus extingui, vt in *Summario*. Et hæc sunt præcisæ conditiones, quibus affectio pestifera delineatur à Galeno *in Comm. 3. libr. 3. de morbis vulgaribus super text.* 20. *Quicumque* (morbus) *vno in loco multos simul inuaserit, vulgaris hic vocatur; Qui simul si hoc habeat, vt multos perimat, Pestis fit*, & quod prædictis symptomatibus, quæ hunc morbum comitebantur, Peste affecti moriantur, omnes de Peste scribentium paginæ sunt plenæ, quorum auctoritates, ne tædio superfluo sim, lubens prætereo.

Secundnm extremum liberationis, & quidem instantaneæ, probatur de facto, ex Testium depositionibus concordibus, vt latè constat ex informatione facti, & Iuris, quæ diligenter colligit præcisos locos depositionum idem firmantes, ad quem, ne actum bis agam, legentes possunt hanc veritatem rependere. De Iure verò paritèr est euidentissimum; cum post inuocationem ampliùs non fuerit æger yllus, qui bubonibus, carbunculis, alioue pestilente charactere fuerit occupatus, adeoùt, licet ex abundanti fuerit inutilitèr seruatum adapertum Xenodochium per quindecim dies nemo fuerit ad illud delatus Peste correptus; Vndè morbus omninò expulsus, & extinctus tunc temporis iure censendus sit.

Quod autem id naturalitèr succedere non potuerit, plura conuincunt argumenta, ex quibus plurima sapientèr adducta sunt in prædict. Restrict. Fact., & Iur., quæ medicæ doctrinæ robore validare, plurimum conferet veritati. Primò namque obseruandum est, quod Pestis hæc erat in suo vigore, seù statu, quo morbi tempore naturalitèr est impossibile morbum illum posse terminari, sed vel augeri, vel saltem proportionatè ad tempora præcedentia, quæ morbus excurrit paulatim decrescere, & per manifestam, ac temporaneam declinationem sensim terminari, numquam tamen instantaneè. Nec ambigi potest, quod Pestis esset in vigore; vigebant etenim, & symptomata, & morbi ferocia, nam plures, quàm quando inchoauit Pestis in dies ægrotabant, & moriebantur, & cum morbi malitia fæuiebat, bubones, & carbunculi, & deliria, & alia grauissima accidentia patientes insultarent; quæ vigorem, seù statum morbi ostendunt. Hoc fuit documentum irrefragabile Hippocratis *lib. 2. aph.* 30. docentis *circa principia, & fines; omnia imbeciliora, in statu verò fortiora*. Quod licet aliqui interpretentur de temporibus particularibus morborum, nempè de his, quæ mensurat quælibet accessio, exemp. grat. febris; Tamen de temporibus etiam vniuersalibus morborum, idest quæ totam morbi durationem constituunt (in quo sensu de hac Peste hìc intelligimus) accipiendum esse esse aphorismum, vltrà alios, qui fatentur, expresè monet Iacobus Hollerius *in commento*, inquiens, *vt sententia superior* (loquitur de aph. 29. eiusdem sectionis) *de generalibus, ac vniuersalibus morbi temporibus, & minimè particularibus est accipiendus, ita etiam, & præsens*. Quod autem morbus non nisi in declinatione vniuersali finiri possit, præterquamquod ipsa significatio *declinationis* insinuat, nemine excepto ex cordatioribus Medicis adeò concordant, vt frustraneum videatur, eorumdem congerere testimonia.

Quinimò non modo dici potest tempore sanationis miraculosæ Pestem fuisse in suo statu, & vigore, sed adhuc extitisse in augmento; Tùm quia de anno 1681., quo per sex integros menses Montiliæ Ciui-

Ciuitatem Pestis afflixit, pauciores moriebantur, etiamsi occultaretur morbus, & nullæ fierent præcautiones, & diligentiæ, quam mense Martij, & Aprilis anni 1682. quo tempore omnes exquisitæ cautiones adhibeantur, quibus non obstantibus, morbus longius, latiùsque se extendit, plurésque quàm priùs inuasit, plurimósque ingulauit (quod non nisi crescente morbo fieri potuisset). Tùm quia id Testes deponunt expresè, nam sic loquitur Testis 25. Medicus *num.* 1. -- *E nell'augumento di detta infermità si fece repentinamente vn depò pranzo &c. vna Processione &c.* cui successit illicò liberatio Ciuitatis. *Et num.*13. *E nel tempo, che cessò, così per stare nel creseimento, come per esser tempo adequato per augumentarsi &c.* Testis 16. *num.*19.: *S'era aggrauata molto più l' Epidemia*; & paulò infrà *numer.* 20.: *E vedendo la grauezza, con cui eresce.ua il male in detta Città &c. risolse fare vnitamente con li suoi Religiosi vna Processione di publica penitenza &c.* Testis 23. *num.* 43.: *E con questo rigore continuò tutto il mese d'Aprile, accrescendosi il numero degl' Appestati ogni giorno più.* Testis 15. *num.* 130. *Mentre vidde, che stando la Peste nel suo maggior vigore al punto, che si fece l'inuocatione &c.* Testis 19. *num.*309.: *Et anche perche questa Sanità successe in tempo, che li Medici dissero, che naturalmente era tempo d'accrescersi più tosto, e non di estinguersi*; Testis 24. alter Medicus *num.*225. *E perche la detta Epidemia nel tempo, che cessò, staua nel suo augumento &c.* Cæterique omnes vnanimitèr hoc testantur. Si itaque (vt probatum est) in vigore morbi, terminus eiusdem naturalitèr succedere non potest, à fortiori concluditur impossibile, terminare posse, dùm adhùc existit in augmento.

Quamuis autem luce meridiana clarius hoc Miraculum luceat, nihilominùs Reuerendiss. Fidei Promotor illud in dubium reuocat, fundatus in ea consideratione, quod plurimæ diligentiæ fuerint adhibitæ, separationis infectorum, & suppellectilium suspectorum combustionis, quæ non modo necessariæ censentur ab Auctoribus, sed vtiles, & sufficientes fuut obseruatæ pro extinguenda Peste, per Contagium delata, vt erat ista, de qua loquitur. Vndè concludit, quod his naturalibus, & prudentialibus præsidijs potuerit Pestis eliminari.

Verùm enim verò, vt apparenter, & sic prolata, sententia vera videtur; sic exactius, & in terminis nostris considerata, & cum circumstantijs, quæ hic intercesserunt, talem patitur limitationem, vt in nostro casu verificari non possit. Dixi dubitatiuè, & circumspectè *apparenter vera videatur*, nec sine fundamento; nàm progressus, & communicatio Pestis, licet adiumentum suscipiat ex contactu externo, nihilominùs ab eo non dependet principale principium propagationis, sed à motu, & agitatione intrinseca humorum corporis, qui vt plurimum ab animi motibus, & præsertim à timore, tempore Pestis commune, agitantur, & exindè incalescunt, eaque ratione facilè corrumpuntur, aut fermentantur, & ideò (frequentissimè) efficacius disponuntur ad Epidemicam infectionem concipiendam, veriùs, quam suscipiendam. Eaque præcipua ratione plerique cordatissimi Medici præcisè inhibent in curandis Peste affectis sanguinis missionem, & euacuationem per medicamenta valida, ne scilicet humoribus maior inducatur agitatio, susceptionis facilioris Pestis dispositiua, vt legere est, inter alios, apud Petrum

Sa-

Salium diuerforum *lib. de febre pestilente cap.* 21. Huiusque veritatis testimonia obseruauit Ioseph Balestra in tractatulo, quo describit Contagium postremum, quod Romanam Vrbem afflixit, illudq; inscribit, *Gli accidenti più graui del male Contagioso osseruati nel Lazaretto di S. Bartolomeo all'Isola.* Vbi plurium ægrotantium adducit obseruationes, qui ad nosocomium accesserunt cum maximo terrore, & timore, & omnes perierunt, quinimò memorant quosdam Medicos, qui pro curandis ęgris illuc mittebantur, si accedebant deterriti, etiamsi sani esset, quam citissimè corripiebantur affectione illa, & interibant; Contrà verò, & Medici non infecti, & ipsi etiam ægrotantes, si alacriter, & sine animi angustia degebant, vim morbi superantes viuebant. Nec alia reddi potest ratio, cur Ganeones, & Bibaces, minus Peste tenentur, etsi Peste affectos contangant; quinimò cur Vespillones, qui assiduè suis manibus tractant Peste affectos, & interemptos, eorumque suppellectiles tangunt, cæteris minùs inficiantur, nec obeant, vt & ipsa fert experientia, & Historici testantur, nisi quia alacri animo degunt, vel conuiuijs, vel spe lucri ex aliorum ærumnis rependendi, vt notat Petrus Forestus *lib. 6. obseru.* 11. *pag. mihi* 167. *col.* 2. describens Pestem Delphensem, ibi: *At meticulosi Pestem hanc citiùs incurrebant alijs, quatit enim, ac succos confundit metus, quare, & hos in alienam traducens qualitatem, tali foco hic ignis facilè concipitur, ac fouetur. Contra, elimitos ventri, gulæque deditos, & Cachochimiæ obnoxios, haud sæpè Peste tentari, quod non turbantur, etsi videant multos mori, vix afficiuntur, lætantur enim potiùs propter lucrum, & minùs sobrij Vespillones, minùs timent*, ...

Esto tamen (quod negatur) à solo contactu posse propagari, eoque interdicto, minui Pestem; Nonnè etiam per menses antè huius Epidemiæ sanationem, & extinctionem fuerunt istæ cautiones, & separationes adhibitæ? Certè omnes Testes affirmant, à principio mensis Martij celebratas, & nihilominùs Pestis sæuijt semper ferociùs vsque donec, his non iuuantibus, recursum fecerint ad intercessionem Beati, quo inuocato illicò cessit pestis, & fuit extincta, quando ratione temporis anni, & temporis morbi naturalitèr gliscere magis, & crescere debuisset. Quod expresè declarat Testis 17. *Summ. num.* 311. *Nominorono Deputati per separare le Case, abbrugiare robba, e fare preuenzioni necessarie, acciò non si dilatasse maggiormente il Contaggio, mà giouorono così poco dette diligenze* (hæc seriò perpendantur verba) *che se bene nè furono fatte molte, ogni giorno si riconosceua andare sempre più crescendo detto Contaggio*, non ergò diligentijs diutissime adhibitis, & nihil proficientibus, potest tribui solutio, & extinctio pestis, vnica die contingens. Quandoquidèm etiamsi concederetur, casus omninò imaginarius, & moralitèr impossibilis, quod nempè illa postrema die sanationis, nemo tetigisset personas, aut supellectiles infectas, vnde ampliùs propagatio non viguerit; Adhuc tamen remanet miraculosum, quod illi, qui diebus præcedentibus, cum suspectis conuixerant, & infectas supellectiles contrectauerant, peste non fuerint detenti, sed in illis fuerit extinctum Contagij virus, & seminium. Et quod omne subterfugium tollit, & scrupulum delet, est, quod illi, qui actualiter decumbebant in Nosocomio languentes, semianimes, & in agone positi post inuocationem Beati, & assumptionem rerum comestibilium

nomi-

nomine Beati transmissarum, refecti sunt, & sanati, nec ex eis perijt vllus, aut saltèm paucissimi, nec alius vllus ab ea die morbo correptus fuit, aut perijt, licet præcedentibus diebus, maximus ægrotantium, & pereuntium numerus, quam maxime vigeret, & augeretur in dies, *perche il male s'andaua accendendo con grande accrescimento*, vt loquitur Testis 23. *num.* 44. deponens de die immediatè antè Inuocationem, quæ prudenter, & piè peracta fuit. Cum & ipsi Medici fateantur, in peste vana plerumque esse naturalia remedia, vndè precibus ergà Deum, & Sanctos effusis implorandum esse auxilium supernaturale, vt candidè, & religiosè monet Petrus Forestus *lib. præcitato 6. suarum Obseruationum obserua.* 15. *in scholio pag. mihi* 174. *col.* 2. *Cum Pestis præcipuum flagellum Dei existat, vt nostra peccata puniat, non tantum remedijs à Medicis est petendum, verum à Deo ipso, vt ita à peccatis desistamus, & Deus placari possit, quibus modis Pestis à nobis auerti poterit &c. Atque hæc vera erit præseruatio, & ita Deum præpotentem expiemus precibus, lacrymis Pestem a nobis deflectemus, vt ita culpam remittat, ac pœnam, exitiosam luem reprimat.* Et sic per Inuocationem B. Solani, & per eius intercessionem contra Montilliam ira Dei fuit placata.

Grande itaque Miraculum fuit, & licet aliqui adhuc superstites ex infectione præcedente perstiterint, imo quamuis fuissent extincti, non per id inficitur Miraculi præstantia, quod non consideratur ex eo, quod iam peste correpti fuerint liberati; sed quod imposterùm post inuocationem nemo ampliùs ea fuerit inuasus, vt expressè conuincitur; In hoc etenim consistit essentia Miraculi, & id apertè demonstratur; Aliàs tot essent Miracula, quot extitere morbo correpti à mortis faucibus vindicati.

Quare &c.

Paulus Manfredus Medicus Colleg. & in Romana Sapientia Medic. Theor. Prof.

DE SECUNDO. ASSERTO MIRACULO

Instantaneæ liberationis à Peste Ciuitatis Montiliæ, iam in ea per annum grassante.

380 *Consultatio pro veritate D. Trullij Medici ex officio electi.*

PYTHONEM, ignotum Dragonem, immane monstrum, post Diluuium è terra ortum, nigro colore, auratis squammis, flammiferis oculis, tumido collo, elato capite, venenatam auram, quà flores, herbæ, plantæ, cunctaque Animantia vitiabantur, ex vastissimo ore spirantem effinxit antiquitas, aureis ab Apolline telis occisum. Quem licèt antiqua hominum vetustas, circà Fabulas delirantium ideali fantasmate finxisset, nihilominùs nostris temporibus veluti exemplar accipij potest Pestis, quæ ex putridis aquæ,

vel

vel terræ vaporibus, vel ex fœtidis humani corporis humoribus ortum habet lethale malum, terror Populorum, & propriè exitiosum Monstrum, quod tùm externo, tùm interno veneno necans Vrbes, & Prouincias quandoque depopulatur. Vndè huiusmodi exitialis Lues, vt nos Sacra Pagina docet in Exodo *cap.9. & alibi* Manus Domini, Plaga Dei, eiusdem Virga, Gladius furoris eius, cœlestis iræ fulmen, ac denique Diuinum Bellum à Sapientibus non immeritò appellatur. Etenim sicuti Reges, ac Imperatores Bellum aliquod intentantes ex omnibus Regni, vel Imperij sui Prouincijs solent Milites strenuissimos euocare, ac in vnum collectos contrà Hostes parare, & dirigere. Ita Rex Regum, & Dominus Dominantium Deus Omnipotens ex omnibus ab ipso creati Mundi partibus, tamquàm Prouincijs Imperio suo subiectis, omnem sæpè armauit Creaturam in vltionem Inimicorum suorum. Nam è Cœlis euocat maleficas Syderum influentias, ab Aere inconstantem temporum varietatem, inopportunas pluuias, & Australes Ventos. Ab igne ignotos Cometas, qui Cœlum peruagantes infecto Aere humana corpora conficiunt. Ab Aquis pùtridos, ac fœtidos vapores. A Terra inquinatas, ac putrescentes exalationes. Ab Inferis Cacodæmones Iræ Diuinæ Ministros ad nos inobedientes puniendos Mortales.

Quod omnes prædictæ naturales causæ Diuinæ subijciantur voluntati, à qua reguntur, & impelluntur, ad suos motus temperantur, ac moderantur, res est compertissima, quam quisque fidelis Christianus credere, & fateri debet, maximè quià sæpè sæpiùs videmus, quod ab eodem Omnipotenti Deo, qui flagellum suæ Iustitiæ exercuit, posteà ad preces nostras, & Sanctorum Intercessionem, Diuinam Gratiam, & misericordiam accipiamus, qua mediante, & Vrbes, & Regna à pestifera Lue liberantur. Calamitatem hanc experta Vrbs Montiliæ, ab isto pestilenti Contagio inuasa, cum superuacanea experiretur Artis Medicæ opera ad eam profligandam, recursum habuit ad Intercessionem Beati Solani; & precibus, Processionibus, & corporum afflictionibus eam ex corde implorantes, Imaginem venerantes, & cætera gerentes Vrbis Populi, vt constat in Historia facti, Vrbs à sæuiente Contagio per Miraculum vendicata asseritur, quod non solùm prò Miraculo habendum est, sed prò sublimi, eximio, & excelso Miraculo est concludendum. Plura enim veritatem hanc contestantur ex parte Medicinæ, nempè cessatio morbi, tempus cessationis, & modus cessationis eiusdem Pestis. Super hæc tria fundamenta ædificabitur excelsa moles istius Miraculi tali pacto.

Cessauit iste morbus immanis, & ferox, ista Bellua Vrbium depopulatrix, quæ non solet desinere, nisi postquàm deuorauit omnes, nisi tamen à summis diligentijs impediatur propagatio, & communicatio inter gentes; Cessauit inquam preter consuetudinem dicti morbi. Etenim ex opinione Cardani licet nulla Pestis sæuire soleat vltrà triennium, attamen Scaliger in exercitatione 32. aduersùs Cardanum inuehit contra ipsum, dicendo. *Sunt enim pestiferæ quædam Regiones, à quibus aut numquàm, aut rarò auellitur, Tolosæ aliquandò, & in Prouincia tamdiù perseuerauit, vt septennium superaret.* Et illa, quæ commemoratur ab Eualgr. *lib.4.* & a Niceph. *lib.7.* quinquagesimum durauit annum, & apud Belgas quindecim annos vi-

guisse refert Vanhelmontius *tumul. Pest.cap.3.* per illam rationem, quod Contagij pestilentis fomes, quandoque in varijs rebus delitescit, & diù asseruatur, & extinctam Pestem suscitat, quæ denuò rediuiua plùs, vel minùs durare solet. Ita etiam Cardinalis Cattald. *tract. de Peste cap.256. pag.mihi 742.* dicit = *Quod si ab euersa tempestatum ordine, Australi constitutione diuturna, alijsque causis, cum ab aeris vitio potissimùm oriatur Lues, & Contagionis ope vlteriùs crescat, integros plerumque annos durat, nec sedatur, aut extinguitur, nisi Aer ab intenso Hyemis frigore, diuturnisque fratibus Aquilonum, vel ab insigni etiam ætatis ardore purgetur, siquidèm vehementiori gelu semina Pestis refracta, & contusa hebetantur, Æstu autem immodico dissipantur, præcipuè quandò euersa tempestatis constitutio ea præterijt.* Quemadmodùm enim duratio huius morbi pendet à tribus causis, nempè ab Aere, à Contagio, & aptitudine corporum, quæ Contagium recipere debent. Ita etiam cessatio debet proficisci paritèr ob desinentiam harum trium causarum, quæ adducuntur à Hieronymo Mercuriali *lib.de Pestilentia cap.19.* Non poterat illicò cessare morbus in sua maiori vehementia existens per nullam ex istis tribus causis deficientem: Non per Aerem, quià non corrigitur Aeris infectio substantialitèr contracta, nisi in tempore, aut per ignem, vt molitus fuit Hippocrates, quandò Pestem Atticam accensis ignibus profligauit, vt constat in vita ipsius; Nam, vt Aer expurgetur, & pestifera marasmata discutiantur, & extinguantur, plures vndique Ignes accendere iuuat ex materia præsertim aridiori, hoc enim factum non fuit in Vrbe Montilia, ergò ex parte Aeris non poterat sequi illa repentina cessatio. Neque poterat cessare, per desinentiam Contagij, quià Contagium tunc temporis erat immane, & truculentissimum, itaut in Vrbe quatuordecim, vel quindecim quotidiè interirent, in Vrbe inquam, quæ non nisi quàm ex quatuor mille hominum constabat, ad quem numerum, morientium quotidiè numerus nimis excedens erat. Neque potest dici tertium, quod potuisset desinere per desinentiam aptitudinis corporum inficiendorum, quià dum eodem tempore, quo desijt Pestis, quotidiè quatuordecim moriebantur, signum est indubitatum, quod corpora erant valdè prompta, & disposita ad recipiendam Pestem. Itaque neque per causam vniuersalem Aeris infecti, neque per Contagium contumacissimum, neque per corporum dispositionem adhuc permanentem debebat cessare Pestis in eo tempore, quo cessauit.

Deuenio nunc ad secundam partem assumpti, quod scilicet non potuisset desinere tali pacto ratione temporis. Siquidèm Pestis, sicut omnes alij morbi tàm in vniuersali, quàm in particulari sua quatuor tempora habent, nempè principium, augumentum, statum, seù vigorem, & declinationem, & naturalitèr loquendo, neque alius humana corpora infestans morbus potest ad salutem terminari, nisi omnia quatuor tempora persoluat. Quæ quidèm tempora dignoscuntur tàm in vniuersalibus, quàm in particularibus ex incremento essentiæ morbi, & accidentium, quę comitantur morbum. Propterea difficultatem non patitur asserere, quod Pestis tunc temporis fuisset in augumento, ex eo quià moriebantur quotidiè plures, quàm priùs interijssent, & non erat rationi consonum, vt desinere debuisset Pestis, quæ tunc in suo maiori reperiebatur furore, & incremento,

Præ-

Prætérquamquod illud etiam notandum est, quod illa pestifera lues contagiosa, vel proficiscebatur ab influentia, vel à Contagio solo citrà influentiam; Si proficiscebatur ab influentia, non desinit de facto influentia, quià si ista influentia præsupponitur facta ab aere, iste non permutat suam naturam peccantem, vel in aliqua excedente intemperie, & nuda qualitate: Vel in substantia infecta, & corrupta, quià ad corrigenda ista aeris vitia requiritur tempus, tùm ad restituendam aeri conuenientem temperiē, tùm ad corrigendam eiusdem substantiam: Quæ omnia non possunt naturalitèr fieri de facto, & ferè in instanti. Si verò influentia proficiscebatur ab Astris, neque poterat desinere tali repentino modo, vt desijt, quià malignus ille stellarum influxus pestiferus cælitus delabens, aut in aere inclusus simul descendit, aut migrat de subiecto in subiectum, aut per millenas species sui, totiesque degeneratas, velut peregrina tota ab ortu suo ad nos deuenit: Quocumque igitur modo accipiatur hæc influentia, non potest desinere de facto, quià ad hoc, vt desinat, debent priùs deficere influxus illorum Astrorum, debet deficere commixtio illius malignæ impressionis in aere, & disgregari omnimodæ illæ nocentes formæ, quæ ad nos in Terris perueniunt. Quarè influentia non poterat cessare de facto, quando suas ferocitèr in habitantibus insinuabat vires deleterias.

Si verò illa pestitera lues in Vrbe Montiliæ acritèr sæuiens non proficiscebatur ab influentia, sed à Contagio, multò minùs poterat desinere de facto post celebratam illam Processionem, quià ex ratione Contagij debebat naturalitèr magis magisque augeri infectio Contagij, quià per gentium communicationem, & conuentum in eodem loco, disseminatur immanitèr Contagium, & Pestis vlteriùs propagatur. Cuius veritatis testimonium exhibet Contagium Neapoli multis retrò annis sequutum, quod ob incuriam Magistratus in separandis infectis tercentena ferè hominum millia hisce temporibus Orcò dedit, & exaduersò Roma, quæ tunc temporis eadem contagione vexata est, non alitèr quàm vetito commercio stragem compescere potuit. Si ergò est perpetuæ veritatis, quod non desinit Contagium nisi per separationem Infectorum, & impedimentum commercij etiam eorum, qui non sunt infecti, quomodò potuit esse, quòd naturalitèr desijsset illa contagiosa pestilentia, quandò per vniuersalem Vrbis commotionem occasione Processionis factam, ad quam præces effundendi gratia tota ferè Ciuitas conuenerat, rogans Beatum Solanum prò liberatione à Peste, potiùs debebat augeri Contagium, quàm deprimi, & euanescere. Brgò neque per Influentiam facta illa Pestis, nequè facta per Contagium debebat cessare tàm breui tempore, & ferè in instanti, vt cessauit, nonnisi quàm per Miraculum, & intercessionem B.Solani.

Deuenio nunc ad tertiam partem assumpti, nimirùm quod miraculosa fuerit cessatio illius Pestis etiam ratione modi. Non enim cessauit Pestis per diligentias naturales, separationis, purificationis, curationis, & preseruationis, sed per modum supernaturalem; Cùm enim Pestem diuinum Bellum, infensique Numinis telum esse iam supra demonstrauerimus, dignouerunt illi Montiliæ, & Ordinis Sancti Francisci Religiosi, ad illam profligandam immanem Belluam, proprium, vnicum, ac præstantissimum remedium cęlestis iræ placatio, quod salutare monitum scriptum reliquit Procopius

de Peste sui temporis agens, ijs verbis: *Fuit insuper ijsdem temporibus ingens pestilentia, cui remedium nullum inventum, præterquàm ex Deo, undè venit, quamquàm multi arrogantes Physiologiæ causas commentari contendant, vanas quidem omnes, & inuestigabiles, tantumque sermone decipientes*; Quæ quidem opinio ad Deum confugiendi non solùm Christianis, sed etiam Barbaris, & efferatis animis insedit, Nàm Græci Aram ignoto Deo, quam fortè Diuus Paulus Athenis admiratus est, pro Peste auertenda sacrarunt. Plutarcus testatur, Lacedemonios Peste afflictos Oraculum consuluisse, redditumque responsum vim morbi expulsurum, si Nobilem Virginem quot annis immolassent. Liuius *lib. 1. Decad. 5. lib. 7. & lib. 10. & lib. 11. & lib. 27.* refert, quod Romani, cœteris omnibus Nationibus in cultu Deorum religiosiores, in quibusuis pestilentijs, quibus frequentissimè conflictabantur ad Deorum auxilium implorandum protinus confugiebant, Libros Sibillinos ex Senatus decreto consulebant, & lectisternia Dijs comparabant: Sacros Ædes, vel Aras alicui Numini vouebant, ac Tribunalia, & Foros Vrbis claudebant &c. Thucydides *lib. 2. de Bello Peloponnensi*, hæc scribit: *Et quæcumque in Templis precationes vsurpantur, vel diuinationes, & huiusmodi alia adhibebantur, omnia erant inutilia.* Sanctiori ergò Religione illi Franciscanæ Familiæ Religiosi dignoscentes, ob Pestem in Vrbe esse omnia luctuosa, & horribilia, decreuerunt confugere ad Deum verum omnium bonorum largitorem, Processione, & precibus, implorantes auxilium, & intercessionem B. Solani, vt Vrbem à Peste vendicaret. Inita Processione, Imagine Beati translata, & eiusdem Imaginibus affixis ad parietes, necnon oblatis in Nosocomio erecto infectis pestilentia Vuis passulis, & crustulis confectis cessiuit Contagium, itaut ex tunc nemo eo morbo interiret, neq; in Nosocomio alius Peste correptus ingrederetur, neque in Vrbe quisquam inuasus esset dicto morbo, & quod magis est, videretur extincta Pestis in Vrbe, perseuerante tamen in conuicinis locis, & Terris eadem contagiosa pestilentia, ex quo sequitur confessio irrefragabilis, quod Pestis in Vrbe Montilíæ non desijt per desinentiam naturalem causæ pestilentis Contagij, sed per gratiam a Deo Optimo Maximo miraculosè obtentam, quià cessauit Pestis eo loco solummodò, vbi Miraculum prolatum fuit, remanente alioquin influentia morbi in alijs locis.

Inter alias difficultates, quas contrà huiusmodi Miraculum opponit Reuerendissimus Promotor Fidei, est illa, quæ desumitur à phisica consideratione, quod scilicèt hæc pestifera Lues non prouenerat ex Aeris infectione, sed ex contactu rerum infectarum, vt deponunt Testes, & Medicus in suo examine; Quo supposito fundamento, potuit naturalitèr cessare lues, mediantibus diligentijs adhibitis in comburendis rebus, quæ reperiebantur in Domibus infectis, & sic Miraculum excludere.

Cui difficultati respondetur, quod licèt verum sit, vtì verissimum, quod per diligentias adhibitas in comburendis rebus Contagio infectis cesset Contagium, imò sit vnicus modus, quo Vrbes, & Oppida vindicentur a sæuiente Contagio, & quià homines abhorrent talem rerum domesticarum combustionem, hinc est, quod in primis temporibus sæuientis Contagij nunquàm extinguatur morbus, donec tandem deposita ab hominibus rerum seruandarum auiditate, & admissa combustione, tunc Contagij desinat fomes. Nihilominùs

hoc

hoc concesso irrefragabili experimento, exaltatur magis præstantia insignis istius Miraculi: quia si Contagium hoc ex rebus infectis resultabat, non poterat extingui de facto, eo prorsùs modo, quo extinctum fuit; Nàm per illud argumentum à Reuerendissimo Domino adductum, debuisset cessare per actiuitatem ignis, & eius combustionem, de qua combustione, quamuis aliqua fiat mentio in Historia istius Pestilentiæ, nihilominùs per transitum, aut transeundum loquitur de hac combustione, quæ si Contagium tollit, paulatim, & sensim tollit, quia paulatim mediante combustione, deficiunt res in Domibus infectorum existentes, à quibus fouebatur Contagium, sed Lues ista Contagij defecit statim post Processionem, & extincta remansit. Præterquamquod cessatio Contagij sequuta est post factam Processionem; quæ non solùm auferre non poterat Contagium, immò Contagium ipsum magis, magisque augere potens erat, quia per Processionem miscentur simul, & confunduntur Viri infecti cum Viris, & Mulieribus non infectis, & sic propagatur magis Contagium propter vestium, & rerum vsum, in quibus delitescit Contagium. Ergò si contagium emanauit à rebus Contagio infectis, quod non sine combustione omnium, & quarumcumque rerum Contagio infectarum deleri potest, resultat; Hinc est quòd cessatio ista facta sine diligentia combustionis, imò facta post Processionem, ob quam debebat Contagium magis propagari ob Virorum, & rerum communicationem, & contactum, Miraculum sublime, & excellentissimum constituit in gratiam B. Solani.

Neque afficit altera illa obiectio de defectu instantaneitatis, iuxtà sensum Testium deponentium, quod etiam post primam Processionem obierint in Hospitali nonnulli, qui laborabant hoc morbo, & alij fuerint postea delati. Respondetur in primis, quod inter probationes, quæ afferuntur in *Summario* huius Miraculi, & in depositione Testium ad *num.*243. habetur, quod ex tunc à Processione facta receptus non fuerit vllus Infirmus hoc pestilenti morbo laborans, & verba sunt hæc = *E similmente da quel medemo giorno in auanti, non si riconobbe, nè si vide, che di nuouo s'infermasse Persona alcuna di detta infermità pestilente, continuando con tal'efficacia il miglioramento di questa Città &c.* = Quod etiam magis specifice comprobatum legitur *sub num.*248: hisce præcisis verbis = *Et in quanto al non essersi visto, che s'infermasse nouamente Persona alcuna dal giorno di detta Processione, s'intese dire, e communemente affermare così dalli Medici, come da altre Persone, alla Carica de' quali immediatamente spettaua il riconoscerlo*: vbi latissimè constat; Patet ergò ex his quod cessauit Contagium post factam Processionem, cum nullus ex tunc eodem morbo fuerit correptus. Quinimò illustrat summoperè excellentiam Miraculi cessatio Contagij facta in tempore æstiuo, in quo propter Aeris caliditatem miasmata Contagij faciliùs propagantur, & communicantur Aeri, & Personis; Vndè occasione Processionis factæ in fine mensis Aprilis, quando humana corpora incipiunt incalescere, & sanguis intrà venas commoueri, & calefieri, & pori corporis, qui antea ob frigus hyemis erant constipati, & reserantur, & ideò Contagium promptiùs recipere possunt, debebat Contagium magis insæuire ob faciliorem communicationem, quam facere possunt corpora infecta, à quibus effluuia contagiosa emergunt aduersùs corpora sana, & ità inficiuntur Peste: non verò desinere,

vt desijt, sed desijt, quia desinentia fuit miraculosa, non verò naturalis, & Nosocomium, pro recipiendis Infirmis Contagio infectis clausum fuit in die 13. mensis Iunij sub solstitio æstiuo, tunc quando maiori ægrotantium interuentu, & accessu ratione caloris aperiri debebat. Quare ex hisce difficultatibus nulla Miraculo imprimitur vmbra, quinimmò ex hisce obiectionibus elucescit maior Miraculi splendor in honorem B. Solani.

Ioannes Trullius Medicus Collegiatus inter Protomedicos Generales adscriptus, & Medicinæ Theoricæ in Almo Vrbis Archigymnasio Publicus Professor.

TERTIVM MIRACVLVM.

Aliàs Quartum.

Instantanea Sanationis Francisca Victoria à Febri maligna, & Bubonibus, necnon Petri eius fratris eadem infirmitate laborantis, & demum, Anna Maria eorum Matris à delirio, ac febri Maligna.

HOC triplex Miraculum ponitur in sequelam, & maiorem corroborationem præcedentis, cum enim tempore æstiuo anni 1681. cæpisset Pestis grassari per Ciuitatem Montiliæ correpta fuit vehementissima febri cum vomitibus, ac deliris Francisca Victoria Soriano, subtus eius Axillis detectis quoque duobus Bubonibus magnam duritiem, ac tumorem præseferentibus, quod fuit agnitum à Medico pro certa qualitate Morbi pestilentialis, & proindè iussa est Infirma celeri Sacramentorum auxilio muniri propter mortem imminentem vt *Summ. num.* 2.3. 20.21.22.23. 49.50.51., & 52. fuit adhibita Sectio venæ, & Oleo Amigdalarum dulcium inuncti Bubones, sed inuanum, dum non obstantibus his medicamentis superuenit augumentum Morbi, vt *num.* 21. 25., & 53. itaut Infirma fuerit Sacramentis refecta ob desperatam à Medico salutem vt *num.* 24. & 52. (& ecce primum extremum)

Mater Infirmæ ex corde confugit ad opem nostri Beati, & deferendo Imaginem illius, tradidit filiæ, quæ maxima cum fiducia eam admouit Buboni sub bracchio sinistro vt *num.* 26. 27. 28., & 29. (ecce medium Miraculi) qui Bubo ad applicationem relatæ Imaginis illico disparuit nullo adhibito medicamine, vndè eadem Imagine applicata alteri Buboni, hic etiam euanuit, vt alter, cessata etiam Febri maligna, & sic Ægra omni ex parte sanata in optima valetudine remansit vt *num.* 26.27.28.45.55. (& ecce secundum extremum)

Sanata filia sequenti die infirmata est eius Mater, cui ex præcedenti contactu eiusdem filiæ superuenit vehementissima febris propter quam mentecapta euasit, itaut non potuerint ei ministrati Sacramenta sicut Medicus iusserat vt in *Summ. numer.* 4. 10. 31. 32. 57. 59., & 60. & tribus adhibitis sanguinis emissionibus, in nihilo apparuit imminuta morbi malignitas ac pertinacia vt *num.* 34., & 61. (& hoc est primum extremum) ac Inuocato Beati auxilio per filiam applicitaque Matri effigie illius, statim conualuit vt *num.* 7. 8. 16. 17. 35. 36. 62., & 63.; quæ repentina Sanitas fuit etiam à Parocho, & Medico, necnon ab aliis extraneis tributa Miraculo Beati Soriani absque eo quod vnquam fuerit dictum, vel auditum in contrarium, vt *num.* 18. 37. 42. 64. 65. 69., & 73. (& ecce medium Miraculi, eiusque secundum extremum.)

Verum grassante Lue per Ciuitatem Montiliæ superuenit Petro Hieronymo fratri, & filio respectiuè Sanatarum, Bubo in Inguine, magna cum Febri, & Vomitu, in quo statu tota illa die perseuerauit licet eodem Oleo Amigdalino inunctus

(& ecce primum extremum) vt *num.* 11. 38. 39., *&* 66., sed post imploratam opem Beati eiusque Imaginem sibi applicatam, (quod est medium miraculi) vt *num.* 12. 40., *&* 67. à febri, & Bubone incontinenti liber remansit, itaut potuerit altera die ad sua ruralia munia redire (quod est secundum extremum Miraculi) vt *num.* 11. 41. 46., *&* 68. iuncta communi existimatione, quod eius sanatio fuerit per Miraculum vt *num.* 18. 42. 69., *&* 73.

Factum huius triplicati Miraculi deponunt tres Testes de visu cum omnibus relatis extremis, & circumstantijs nempè ipsæ duæ sanatæ mater, & filia, nec non Confessarius Theologus, ac in medicina peritus.

Releuantia verò est euidentissima; Agebatur enim de Morbo pestifero, vt indicat superuenientia Bubonum, *quod est signum Pestis demonstratiuum, & soli Pesti non vlli morborum conuenit*, vt notat Riuer. *in prax. med. lib.* 17. *sect.* 3. *cap.* 1 §. *Quod, versic. sed præcipuè pag. mihi* 343. *Lud. Septal. lib.* 3. *de Peste cap.* 5. *Zacch. quæst. Medicoleg. tom.* 2. *lib.* 10. *cons.* 77. *num.* 7 prout etiam qualitas febris contracta à Matre, & Filio ex consortio cum Francisca, *Riuer. vbi supra dicto cap.* 1. *in princip. Zacch. ibidem cons.* 27. *num.* 9. *pag. mihi* 190. quod etiam deponunt Testes *num.* 9. 30., *&* 56. Addito, quod Bubones apparuerunt transmissi à corde ad Axillas, vt notat *Adden. ad Auicennam tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 17. *pag. mihi* 118. *col* 2. *litt. L. & B.* quos esse lethales etiam seorsim sumptos notat idem *Riuer. vbi supra pagin. mihi* 360. §. *Carbunculi* vbi ponderat, quod quando concomitatur febris, vt plurimum sequitur interitus ibi -- *Bubones maximam testantur malignitatem, & maximum periculum minantur, cum eos febres comitari soleant, quarum peculiaris character in eo constitutus est, vt ex iis, plures intereant vnde Hieronymus Fabritius ab Aquapendente lib.* 1. *de tumor. cap:* 17. *pag. mihi* 161. *ait, Bubones pestilentes pauci curantur, Egri enim interdum prima die moriuntur, interdum quarta, rarò vltra viuunt.*

Et tamen nullus ex prædictis tribus Egris interiit, sed omnes euaserunt incolumes, non quidem ex interuallo, nec ex vi medicaminum, cum sanguinis emissiones, quæ fuerunt adhibitæ, in hoc Morbo sint potius cauendæ vt notat *Adden. ad Auicen. tom.* 2. *lib.* 4. *tract.* 1. *cap.* 18. *col.* 2. *pag. mihi* 119. ibi -- *vbi facta iam febris est pestilens, nullo pacto secari venam velimus &c. quo casu nos omninò à sanguinis emissione abstinendum putamus, & Riuer. vbi supra pagin.* 351. §. *Instituta* ibi -- *cum ratione maligna, & venenata qualitatis non conferat, imò potius noceat, ab ea enim facultas vitalis maximè labe factatur, & qui veneno absumpto, sanguinis missionem patiuntur in exitium præcipitari solent*, & rursus *col.* 2. ex multorum, & probatissimorum Auctorum experientia testatur, quod *omnes Ægri, quibus secta vena fuit è medio sublati sunt*, & paulo post dici -- *ferè omnes, quibus secta vena fuerat, interijsse*, & aliàs ex vnctione cum dicto oleo morbus non decreuit, sed perseuerauit contumax, solumque ad applicationem Imaginis statim euanuerunt Bubones, & febris recessit; vnde, &

ratio-

ratione Instantaneitatis, & ratione contrarietatis medicaminum clarissimè patet dictas Sanationes soli Miraculo adscribendas.

Eo magis Miraculum effulget habito respectu ad Iuuentutem, qua florebant dicti patientes *num.* 13. 14. 15. 53., & 70. Pestis enim venenum magis Iuuenes interficit, quam senes, *Plinius lib. 7. natural. hist. cap.* 50. *Fernel. lib. 2. de abd. rer. caus. cap.* 11. *in Martian. in Hippocratem Epidem lib. 1. sect. 1. in vers.* 180. -- *Ex Ægris autem maximè moriebantur Adolescentes &c.* ait -- *Sententia Hippocratis erit mortuos esse eos, in quibus calor maximè vigeret, Iuuenes, Adolescentes, & in vigore constitutos.*

Et propterea hæc Sacra Congregatio in Causa *Beati Ioannis de Deo* approbauit quartum Miraculum consimile huic, quinimò noster casus habet insimul complicata tria Miracula, vt suprà demonstratum est, & insuper solam à Febri instantaneam liberationem inter Miracula connumerari habetur exemplum in *Socru Simonis de quo Luc.*46.

Et augetur Miraculum ex circumstantia temporis Æstiui, sub quo magis, quàm alio quocumque tempore grassatur huiusmodi contagiosa Lues *Zacch. quæst. Medicoleg. dicto cons.* 27. *num.*1. ibi -- *per Æstatem, & autumnum solet maximè sauire* -- & refert *Ammiam. Marcellin. lib.* 19. *rerum gestarum* ibi -- *Pestilentia tot malis accessit &c. vaporis Æstibus &c. nutrita* -- & infra -- *Confines Caloribus tempore febrium arescunt, sed quanto ignis materies cæteris est efficacior, tanto ad perimendua celerior siccitas* --

Iuncta his omnibus existimatione Peritorum, quod huiusmodi Sanationes fuerint Miraculosæ, vt *num.* 18. 37. 58.64.65.69. 73. quibus propterea credendum est *l.*1. *in princip. ff. de in spic. Ventr. l. septimo Mense ff. de stat. homin.*, & in puncto Luis contagiosæ censuerunt Auditores Rotæ *in Relatione Sancti Raymundi par.*2. *in* 16. *Miraculo in fin. S. Caroli part.* 3. *de Mirac. post mortem* 1. *Mirac. vers.* 4. *accedit iudicium Medicorum*, & S. Francisci Xauerij *Mirac.* 3. *post obitum* §. *Quod verò prædicta, & penes Zacch. quæst. Medicoleg. dec.* 4. *num.* 3. *tom.* 2. *Pignattell. tom.*4. *cons.*43. *n.*64.

Et facilius quando, vt in secundo Miraculo probatum est, Ciuitas Montiliæ erat infecta Lue contagiosa, quæ per Beatum fuit miraculosè liberata, vndè hoc Miraculum redditur verisimilius, cum vnum sit in comprobationem alterius. & ad inuicem correspectiuum *Rota in relatione S. Andreæ Corsini apud Lezzan. consult.* 1. *num.*201. *in fine tom.* 4.

TESTES

TESTES

Super tertio Miraculo.

Ex positione anni 1692., ubi est quartum pag. 47.

De Visu.

I. Testis. In Process. XLIV. Licentiatus D. Antonius de Toro, & Agudo, Sacerdos Theologus, in arte Medica Peritus, & Confessarius Infirmæ, Ciuis Montiliæ, ann. 48. iuxta 8. Interrogat. Process. fol. 1129. tergo respondit.

1. Tempus.

CHE nell'anno passato del 1681. nelli principij della Peste, che fu in detta Città di Montilla, vn giorno, che non si ricorda qual fosse, ne il mese, fu chiamato questo Testimonio, perche andasse à confessare Donna Francesca Vittoria Soriano Zitella Figlia di Donna Maria Ximenez Soriano Vedoua Cittadina, ohe era di detta Città di Montilla nella strada di S. Sebastiano, & essendo entrato in Casa, staua la detta Inferma in letto, e domandandogli prima di cominciar la confessione sopra il suo male, gli disse, che teneua due buboni vno sotto ciaschedun braccio, e con gran febre, e questo Testimonio racommandandosi a Dio, e ritrouandosi in detta occasione, gli toccò il polso per intendersi anco di medicina, e riconobbe, che la febre era maligna, e pestilente, e passò alla diligenza di guardare il bubone sotto il braccio sinistro, che era come vna noce indurito, secondo il tatto, che fece, & hauendola confessata, nell'vscire dalla Casa incontrò alla Porta il Dottor Gio: Barnaba Medico di detta Citta, che veniua à vedere detta Inferma, e disse à questo Testimonio, à che fare vsciua di detta Casa, & hauendo saputo, che era per hauer confessato, disse che guardasse quello, che faceua, perchè l'Infermità, che haueua quella giouane, era pestilente, e questo Testimonio gli disse, che Dio lo prouederebbe, e doppo se ne andò à lauarsi le mani, & il viso con l'aceto alla Casa di D. Theresa de Aguilar, nel giorno seguente tornando questo Testimonio alla detta Casa per riconoscere lo stato di detta Inferma, incontrò per la strada il Licentiato Gio: Andrea Hidalgo, che lo veniua à cercare, acciòche confessasse la detta D. Maria Ximenez Madre di detta Inferma, dicendogli, che staua molto male repentiuamente, & entrato in detta Casa, trouò la detta Donna Anna Maria Ximenez frenetica buttata in terra sopra vna stora, alla quale hauendo toccato il polso, la ritrouò con febre molto maligna, e la faccia con colore cinericio, e con atti di pazzia à tal segno, che esaminandola per vedere, se staua in capacità di confessarla, la ritrouò senza d'essa; per il che non si confessò; e con alcune azioni, e diligenze gli diede l'assoluzione conditionatamente, & in questa occasione vidde la detta sua figlia Inferma del giorno antecedente alzata; e senza dimonstrazione di male alcuno, e dimandandogli questo Testimonio, di che maniera staua alzata, disse che la detta sua Madre haueua pregato il Santo Solano di vero cuore, e con lagrime, acciò la risanasse, e gli aueua offerto vn Quadro in rame per la sua Chiesa,

2. Francisca febri maligna, ac Bubone sub sinistro brachio laborans.

3. Morbus à Medico asseritur contagiosus.

4. Anna Maria laborans febri maligna, à delirio, pro quo fuit incapax confessionis.

5. Francisca integre sanitati restituta.

sa, che teneua molto prezioso, e la detta Inferma parimente si era raccommandata al Santo Solano, perche Dio la liberasse da quella infermità, per ritrouarsi nell'afflizzione, che questo Testimonio sapeua, e che era risanata miracolosamente, e si ritrouaua star bene, e senza febre; E questo Testimonio rese gratie à Dio, & al detto Beato Solano per il Miracolo, che haueua operato con quella Creatura, & in questa medesima occasione disse la detta Donna Francesca Vittoria, che haueua pregato di tutto cuore il detto Beato Solano, acciò intercedesse da Sua Maestà per la continuatione de suoi fauori in risanargli sua Madre, e questo Testimonio lo pregasse anche lui da douero, al che rispose, che faceua molto bene in ricorrere al fauore del Santo così miracoloso, e che lo pregarebbe anche lui di buon cuore. Ed essendo ritornato nel giorno seguente à detta Casa per riconoscere lo stato di detta Madre inferma, la ritrouò sana, e senza febbre alcuna, e dimandandogli, di che modo era ciò successo, e che era stata la sua infermita, disse, che il Santo Solano haueua risanata la sua figlia per le preghiere, che con molte lagrime gli haueua fatte, & il male pestilente, che patiua, si era attaccato à lei, perilche gli era venuta così gran febre, e priuazione de sensi, che non si ricordaua di quello, che gli haueua detto sua Figlia, che questo Testimonio fosse andato per confessarla, e che la detta sua Figlia gli haueua raccontato il Miracolo nontinuato in ambedue, che haueua fatto la Maestà Diuina per l'intercessione, e prieghi del detto Beato Solano, e questo Testimonio restò ammirato di vn Miracolo così continuato con tanta breuità; & in differenti volte, che doppo ha veduto le sopradette in detta Città, & altre congiunture, ch'è andato da questa Città, doue al presente habitano, alla detta Città di Montilla, à visitare la Cappella, che chiamano del Portico, ch'è del detto Beato Solano nella Casa doue nacque, gli hanno riferito l'obligatione, che tengono al detto Beato per le grazie, che à sua intercessione fece Dio con esse loro, e che questi fauori si continuarono in quel medesimo tempo in persona d'vn Figlio, e Fratello delle sopradette, quale s'infermò di detto male pestilente, e per detta intercessione con molta breuità fù libero da quello, e perciò erano così gran deuote del detto Santo.

6 Sanitas obtenta ad inuocationem Beati.

7 Inuocatio Beati pro Anna Maria.

8 Anna Maria integrè sanitati restituta.

9 Morbus Franciscæ communicatus eius Matri Annæ Mariæ.

10 Præ malignitate morbi in delirium acta Anna Maria, nihil recordabatur de gestis in eo statu.

11 Filius, & respectiuè frater sanitarum eodem morbo laborans;

12 Breui sanatus ad inuocationem Beati.

Ed interrogato da Sua Signoria, di che età, temperamento, e costituzione di corpo fussero li riferiti. Disse, che la detta Donna Francesca Vittoria Soriano prima inferma gli pare, che all'ora haueria d'età da 16. anni, di buon corpo, brunetta, e di carne mediocre, e la detta D. Anna Maria Ximenex sua Madre haueria à suo parere 40. anni, di statura ordinaria, poca carne, e di colore d'inferma, & il Ragazzo gli pare, che haueria 12. anni, poco corpo, e forte.

13 Ætas Franciscæ;

14 Annæ Mariæ,

15 Pueri;

Interrogato, se le dette Inferme stauano in letto, e che tumori haueuano, & il detto Ragazzo. Disse, che in quanto alla detta Donna Francesca già hà dichiarato quello, che vidde, e seppe: circa alla detta sua Madre quello, che vidde, e non sà, se hebbe tumori, ò nò; in ordine al Ragazzo solo quello, che hà dichiarato de auditu.

Interrogato, se gli tumori della detta Donna Francesca se ne an-

darono instantaneamente , ò hebbe sudore , ò altra euacuazione naturale . Disse, che non sà di quello , che hà dichiarato , & hauerle vedute nelle congiunture , che hà detto, con totale sanità .

16 Nulla alia facta inuocatio .

17 Nulla adhibita medicamine.

18 Omnes habuerunt pro Miraculo,& nil auditum in contrariũ

Interrogato , come sappia la raccommandazione , che hà detto , e per le dette sanità non si possino attribuire ad altro aiuto,che alla detta intercessione . Disse, che non sà,che fosse fatta altra inuocazione,nè seppe, che vi fosse rimedio naturale, nè altro aiuto,e le sopradette, questo Testimonio , e molte persone della Città, che l'hanno saputo, l'hanno tenuto,e tengono per Miracolo à d.intercessione senza cosa in contrario .

De visu , & facto proprio .

II. *Testis in Procef. LI. Domina Annna Maria Ximenex Soriano Vidua relicta Petri de Atienza,& Blancas Ciuis Cordubensis Mater infirmæ annorum* 40. *iuxta* 8. *interrogator,Proc.fol.* 1257.*Respondit .*

19 Tempus .

20 Francisca febri,delirio, ac vomitu laborans .

21 Morbus à Medico asseritur contagiosus,& Infirma morti proxima .

Che nell'anno passato del 1681. di Luglio, ò Agosto ,che già v'era, se bene non dichiarata, la Peste nella detta Città di Montilla,la detta Donna Francesca Vittoria sua figlia vn giorno , che si ricorda , che era di Lunedì, si trouò nella mattina con vna febre molto accesa con vomiti , e quasi perduto il sentimento , in modo , che non potè dichiarare l'accidente , che haueua,e nel Martedì nella mattina venne il Dottore Gio:Bernabè di Arroyo Medico di detta Città quale questa Testimonia l'haueua mandato à chiamare,& hauendogli toccato il polso,disse, che era febre pestilente , e che perciò subito all'istante gli dassero li Santi Sagramenti, perche si moriua, e doppo gli cauassero sangue , e successiuamente chiamarono il Licenziato Don Antonio de Toro Sacerdote, acciò la confessasse,quale essendo venuto,prima di confessarla l'interrogò sopra il suo male , e domandatogli,doue gli doleua , & hauendogli detto,che sotto le braccia, il detto Don Antonio la toccò sotto il braccio sinistro, e vi trouò vn tumore, e doppo di hauerla confessata , andatosene il detto Don Antonio , dichiarò la detta sua Figlia à questa Testimonia, qualmente li tumori erano due , vno sotto ciaschedun braccio molto duri , e grossi, e questa Testimonia fece , che gli portassero li Santi Sacramenti, che portò Don Diego de Molina Curato , e si ricorda , che pioueua molto bene , & incessantemente gli si cauò sangue dal piede destro , e detto male , e la febre continuaua in auuanzarsi , nella quale afflizzione questa Testimonia con molte lagrime pregò il Beato Francesco Solano , acciò intercedesse appresso la Maestà Diuina per la sanità di detta sua figlia,& ancora la detta sua figlia si raccommandò di vero cuore al BeatoSolano, e si pose sotto le braccia vna lamina dell'Imagine del Beato Solano, che portaua seco, continuando nelle preghiere, e nelli toccamenti , che con detta Imagine si faceua , come anche questa Testimonia,e gli offeri vn Quadro,che tiene molto prezioso per la sua Cappella nella Casa doue nacque . Ed in queste rogatiue la detta sua Figlia pose la detta Imagine sotto vn braccio dicendo, Santo mio non voglio leuare la vostra Imagine di sotto questo braccio , se non stò sana , e dicendo questo riconobbe, che si era consumato il detto tumore senza essere preceduto altro medicamento , solo, che la sanguigna , che hà detto , & vngersi con oglio

22 Bubo sub brachio sinistro Infirmæ .

23 Duobus bubonibus laborabat.

24 Ecclesiæ Sacramentis munita .

25 Misso sanguine morbus augebatur .

26 Inuocatio Beati .

27 Applicatio effigiei eiusdem parti læsæ .

28 Firma ægræ fiducia in intercessione Beati .

oglio di amandole dolci, e vedendo il detto bubone fuanito, fuccefsiuamente fi applicò la detta Imagine all'altro lato, e fuccesse lo ftesso, rimanendo fana fenza febre, fenza fegno d'accidente alcuno, e la detta Inferma, e quefta Teftimonia refero molte grazie à Dio, & al detto Beato Solano per l'interceffione, che haueua fatta, tenendo ciò per cofa miracolofa, e la detta fua Figlia chiedè, à quefta Teftimonia, che ftante fi trouaua fana, andaffe à dormire con lei, come fece, il che teneuano, e tengono per coftume, e nel Mercordì alla mattina fi rifvegliò quefta Teftimonia inferma con febre, e fe bene fi alzò, andò crefcendo l'accidente nella fopradetta in modo, che di li à poco tempo non feppe doue ftaua, hauendo perduto i fentimenti, e la detta fua Figlia gli hà detto, che ftette con febre così gagliarda, che perfe il fentimento, e che in detto giorno di Mercordì, effendo venuto il Medico per vifitare la detta fua Figlia, & hauendola veduta fana, & alzata da letto, gli diffe, che effa era rifanata miracolofamente per Interceffione del Beato Solano, e che fua Madre era quella, che era caduta inferma in quel giorno, & hauendola veduta, e riconofciuto lo ftato, in cui fi trouaua, ordinè, che gli foffero dati li Santi Sagramenti, perchè fi moriua, e che effendo venuto il Confeffore per confeffarla, non l'haueua ritrouata capace per tale effetto, e che quell'ifteffo giorno gli haueuano cauato fangue: E detto male fi era continuato, e l'haueuano aiutata à ben morire, e nel giorno feguente fi continuarono le fanguigne fino à tre volte per effere gli acceffi, e la febre gagliardiffima, che haueua pregato di tutto cuore il detto Beato Solano, acciò continuaffe li fuoi fauori, perche fe non intercedeua per la vita di fua Madre, non voleua viuere nè tampoco lei, è mediante la volontà del Signore, e prieghi del Beato Solano rifanò fenza altri medicamenti, reftando libera da detta febre ritornata nel fuo priftino giudizio al terzo giorno di detta fua infermità, tenendolo parimente per cofa miracolofa, ed in quefta occafione hauendo intefo quefta Teftimonia riferirfi ciò da detta fua Figlia al detto Giouanni Bernabè Medico, & à Don Antonio de Toro Sacerdote, che era quello, che era venuto à confeffare le fopradette, lo tennero per cofa miracolofa. E li fauori del detto Beato fi continuarono alle preghiere di quefta Teftimonia, di maniera che dichiarata già la Pefte in Montilla, & apertofi Ofpedale, venne detto male ad vn fuo figlio chiamato Pietro Girolamo, quale ritornando dal Campo con febre peftilente, vomiti, & vn bubone nell'anguinaglia finiftra, ftette tutto vn giorno con quefti accidenti, e nella notte fenza chiamar il Medico, nè applicargli alcun'altro rimedio gli vnfe quefta Teftimonia detto tumore con vn poco di oglio di amandole dolci, e gli applicò l'Imagine del Beato Solano, faccedogli molti prieghi, acciò intercedeffe appreffo la Maeftà di Dio Noftro Signore per la fanità del detto fuo figlio, ficcome haueua fatto in perfona di quefta Teftimonia, e fua Figlia, e tenendo in ciò molta fiducia, all'iftante fi confumò detto bubone, reftando quefta Teftimonia con il riconofcimento di quefto così gran beneficio, e detto fuo figlio reftò fano in tal modo, e fenza febbre, che nel giorno feguente andò in Campagna à continuare il fuo

29 Applicità B. Imagine, bubones ftatim euanuerunt alijs medicaminibus non applicatis nifi d. fanguinis emiffione, & oleo amigdalarum dulcium.

30 Morbus Francifcæ Tefti communicatus.

31 Ægritudo admodum inualuit, vt fenfibus deftituta remanferit.

32 Tamquam morti proximam Medicus Sacramentis refici iuffit.

33 Sacramenta recipiēdi incapax.

34 Sanguinis emiffio morbum non minuit.

35 Beati inuocatio.

36 Interceffione d. B. tertia die conualuit.

37 Omnes dd. fanationes pro Miraculo habuerunt, inter quos Medicus.

38 Petrus peftifero morbo, vomitibus, ac bubone in finiftro inguine laborans.

39 Prædictum oleum tantum adhibitum.

40 Inuocatio Beati.

41 Bubo ftatim euanuit, & ... integrè faluti reftitutus.

42
Dictæ sanationes Miraculo adscriptæ, & nihil in contrarium auditum.

lauoro, & hà detto questi successi à diuerse persone di ogni grado, e qualità, e l'hanno tenuto, e tengono per Miracoli ad intercessione del Beato Solano senza hauer inteso, che si senta cosa in contrario così in detta Città di Montilla, come in questa di Cordoua,

43
Ætas Franciscæ, & Petri.

Ed interrogata da sua Signoria, di che età, temperamento, e costituzione di corpo fussero in quella occasione li due Figli riferiti. Disse che la detta sua Figlia haueria da 21, in 22, anni Zitella, di carne, e corpo mediocre, di colore oliuastro, & il detto suo Figlio haueria da vndeci in dodeci anni, gracile, e del medesimo colore,

44
Non adhibita medicamina præter recensita, non sudores, nec euacuationes.

Interrogata, se furono applicati, à detti suoi figli altri medicamenti oltre quelli, che hà dichiarati, e se precedette in quelli, ò in alcuno di essi, qualche sudore, ò euacuazione naturale. Disse, che non vi furono altri medicamenti, che quelli, che hà dichiarato, nè sudore, nè euacuazione alcuna,

45
Francisca filia sanata in instanti.

Interrogata, se gli tumori della detta sua Figlia, e del detto suo Figlio sparirono instantaneamente, ò vi passò qualche interuallo di tempo. Disse, che li due della detta sua Figlia furono nella forma, che hà riferito successiuamente l'vno all'altro, il che fù nel giorno di Martedì verso la notte, doppo di essere venuto il Medico il doppo pranzo, e detto, che si moriua, perche era chiaramente Peste, e così ancora quello del detto suo Figlio fù con la breuità, che hà detto,

46
Petrus breui sanatus.

47
Nulla alia inuocatio, nec medicamina præter expressa.

Interrogata, come sappia le dette raccommandazioni, e perche le dette sanità non si possano attribuire ad altro aiuto, che alla detta intercessione. Disse, che questa Testimonia non inuocò altro Santo, nè vi furono altri rimedij, che quelli, che hà dichiarati, nè sà, che per li detti suoi figli, ne per questa Testimonia vi fusse altro aiuto à cui si potesse attribuire, e questo è quello, che sà, e che se bene hà inteso, come hà detto, altri Miracoli operati à detta intercessione, non hà d'essi notizia tale, che possa dichiarare le infermità, nè le persone, con le quali furono fatti, solo la publica voce, e fama, e questo risponde,

De facto proprio.

III. *Testis in Process.* LII. *D. Francisca Victoria Soriano eadem infirma, Virgo annorum 26. iuxtà 8. interrogator. Proc. fol.* 1272. *Respondit.*

48
Tempus.

49
Francisca ardenti febri, vomi[illegible] ac sensuum destitutione lab[illegible]ans.

50
Morti proxima à Medico re[illegible].

51
Duo bubones sub brachijs Infirmæ.

Che nell'Anno passato dell'ottan'vno, in cui si cominciaua a dire, che vi era la Peste in Montilla, vn giorno, che non sà, di che mese, solo, che era Lunedì, si ritrouò questa Testimonia alla mattina con febbre molto grande, e vomiti, & in tutto il detto giorno di Lunedì hebbe crescimento di detta febbre, e quasi perso il sentimento, & il Martedì per la mattina la visitò il Dottore Don Giouanni Bernabè Medico di detta Città, e toccatogli il polso, non sà quello, che disse, solamente hauere inteso dire, che si moriua, e doppo gli cauarono sangue, e venne il Licenziato D. Antonio de Toro Sacerdote, la quale questa Testimonia disse, come haueua due buboni sotto le braccia, e ciascheduno saria grosso come vna noce, e molto duri, e vno di essi del lato sinistro tastò il detto D. Antonio de Toro, e la confessò, e dopo gli diedero il Santissimo Sagramento, e l'oglio

e l'Oglio Santo, perchè disse la detta sua Madre, che l'haueua fatta spedita il Medico, e che si moriua, e la detta febre continuaua sempre più auanzandosi, e questa Testimonia, e la detta sua Madre ritrouandosi così afflitte, e che questa Testimonia conosceua, che si moriua, con molte lagrime pregarono il Beato Francesco Solano, acciò intercedesse appresso la Maestà Diuina per la di lui salute, e questa Testimonia s'applicò ad vno delli tumori l'Imagine del B. Solano, che tiene in vn quadretto, che porta seco, dicendo al Santo, che non l'haueua da leuar di lì fino a tanto, che non la sanasse, & all'istante riconobbe, che gli si era consumato detto tumore, e rendendo molte grazie al Beato Solano, continuarono le preghiere, mettendosi la detta Effigie sotto l'altro braccio, e parimente all'istante svanì detto tumore, per il che rimase senza febre, e senza accidente di male alcuno, rendendo la detta sua Madre, e questa Testimonia molte grazie à Dio, & al Santo Solano per il Miracolo, che haueua operato con la sopradetta, e perche già staua sana, pregò detta sua Madre, che fosse andata à dormire con essa lei, conforme era solita, stante che il detto Miracolo, e sanità era successo verso notte, e per la mattina di Mercordì s'alzò questa Testimonia, e sua Madre, se bene la sopradetta diceua, che si sentiua vn poco male, & immediatamente venne alla detta sua Madre vn'accidente, che la fece cadere in terra, senza sentimento con febre grande, e questa Testimonia mandò à chiamare il detto Medico Gio: Bernabè, quale essendo venuto, e vista alzata da letto questa Testimonia, e raccontatogli quel, che era successo, lo tenne per Miracolo ad intercessione del detto Beato Solano, e visitando la detta sua Madre, disse, che il male, che haueua, era febre pestifera, quale veniua con quelli deliri, e che si moriua, per il che gli dassero li Santi Sagramenti, e gli cauassero sangue, & essendo venuto il detto D. Antonio de Toro, non potè confessarla, atteso, che staua fuòri di se, e li cacciarono sangue quel medemo giorno, e si continuò il male, ma non ebbe tumori, e nel giorno seguente di Giouedì, vedendo questa Testimonia, che detta sua Madre si moriua, pregò con molte lagrime detto Beato Solano, perche intercedesse appresso Nostro Signore per la sanità di detta sua Madre, poichè morendosi non voleua questa Testimonia la vita, e gli applicò la detta Immagine, continuando nelle sue lagrime, e preghiere, e si riconobbe, che staua con gran miglioramento, e gli fu fatta vn'altra sanguigna, per quanto si può ricordare, e continuando nelle sue preghiere, nell'altro giorno di Venerdì per la mattina si trouò sana, e libera in tutto dalla febre, e ritornata ne' suoi sentimenti, e lo tenne, e tiene per Miracolo per mezzo di detti prieghi, come anco le persone, che l'hanno saputo senza cosa in contrario, e si ricorda d'hauer inteso dal detto Medico, e dal detto D. Antonio de Toro, che quello, che era successo con questa Testimonia, e sua Madre, erano stati Miracoli del Beato Solano, e ciò si continuò fauorendoli detto Beato Solano in persona d'vn fratello di questa Testimonia, che si chiama Pietro Girolamo, quale essendo già dichiarata la peste in Montilla, vn giorno, che non si ricorda, qual fosse, solo che già faceua caldo, venne dal Campo con

52 Ecclesiæ Sacramentis munita.

53 Febris augebatur.

54 Inuocatio Beati.

55 Applicata bubonibus B. Imagine statim conualuit.

56 Franciscæ morbus, Annæ Matris communicatur.

57 Ardenti febri cum sensuum deperditione, & animi deliquio correpta d. Mater.

58 Eiusdem sanatio à Medico Miraculo tribuitur.

59 Febris cum delirijs à Medico contagiosa declaratur.

60 Sacramentorum incapax.

61 Ex sanguinis emissione morbus non compescitur.

62 Inuocatio Beati.

63 Applicatione Imaginis Beati ægra sanatur.

64 Ab omnibus sanatio pro Miraculo habita, & nihil in contrarium.

65 Idem iudicium Medici, & Confessarij.

66 Petrus febri ardenti, vomitibus, ac bubone in inguine laborans.

67
Inuocatio Beati.

con molto gran febre, e vomiti, & vn bubbone in vna anguinaglia secondo quello, che disse sua Madre, che glie l'haueua tastato, e stette tutto il giorno con questi accidenti, e la detta sua Madre, e questa Testimonia ritrouandosi con tale afflizione, fecero preghiere al detto Beato Solano, e la detta sua Madre gli vnse con oglio d'amandole dolci detto tumore, e questa Testimonia gli diede il suo Quadretto con l'Imagine del detto Beato Solano, che porta seco, & hauendosela applicata, immediatamente stette bene, essendogli andata via la febre; e disse il detto suo fratello, che gli s'era consumato, e suanito detto bubone, e questa sanità fu così repentina, che essendo ciò successo nella notte, la mattina se ne ritornò in Campagna al suo lauoro, di che la detta sua Madre, e questa Testimonia resero molte grazie per la continuazione delli fauori, che Sua Diuina Maestà gli haueua fatti ad intercessione del Beato Solano, e questi successi hauendoli raccontati questa Testimonia, e sua Madre a differenti persone d'ogni stato, e qualità, così in detta Città di Montilla, come in questa di Cordoua, sono stati tenuti, e si tengono per Miracoli, come anco questa Testimonia.

68
Applicata Imagine, statim conualuit à febri, & bubone.

69
Ab omnibus dd. sanationes pro Miraculo reputantur.

Et interrogata da sua Signoria; di che età, temperamento, e constituzione di corpo fosse la detta sua Madre, & il detto suo Fratello. Disse, che la detta sua Madre sarà di età di 40. anni, di corpo mediocre, e gracile, e di poca salute, & il detto suo Fratello haueria 12. in 13. anni, gracile, e di corpo ordinario alla sua età.

70
Ætas Matris, & filij.

Interrogata, se alla detta sua Madre furono applicati alcuni medicamenti, e quali, e parimente, che medicamenti furono applicati al detto suo fratello. Disse, che non si ricorda, se alla detta sua Madre furono applicati altri medicamenti, ne vi fossero altre sanguigne, che quelle due, che hà detto, nè tampoco per quello, che tocca à questa Testimonia, si ricorda, che gli fosse cauato sangue più d'vna volta, & il detto suo fratello non fu visto dal Medico, e perciò non gli fu ordinato cosa alcuna, ne vi fu altra vnzione, che quella dell'oglio d'amandole dolci, con cui l'vnse vna volta, come ha detto.

Interrogata come sappia, che dette sanità seguissero per l'intercessione del detto B. Solano, e perche non si possa attribuire ad altro aiuto. Disse, che non furono fatti altri prieghi, che al Beato Solano, e l'applicazione della di lui Immagine, che, come hà detto, porta sempre con se, & al presente, che la mostra à Sua Signoria, la quale viddero, che staua in vn Reliquiario d'Argento tondo della grandezza d'vn ouo, e gli fu restituita, e disse, che non sà, che possa attribuirsi ad alcun'altro aiuto, nè che li rimedij, che hà detto potessero con tanta breuità causare dette sanità, e come hà detto, sono state tenute, e si tengono per miracolose à detta intercessione, senza hauer inteso cosa in contrario.

71
Sola Inuocatio B.

72
Medicamina adhibità non apta ad reddendam sanitatem in instanti.

73
Dictæ sanationes miraculosæ habitæ, & nil in contrarium auditum.

ANI-

ANIMADVERSIONES

Reuerendissimi Fidei Promotoris

SVPER TERTIO MIRACVLO

Instantaneæ Sanationis Franciscæ Victoriæ à Febri Maligna, & Bubonibus.

HÆc trina sanatio, quoad probationem innititur duobus tantum Testibus fœminis, quæ sunt ipsamet Mater, & Filia sanatæ in ordine LI. & LII. nam Confessarius XXXXIIII. Testis deponit quidem de visu, & scientia propria de primo extremo, idest de febri, & bubonibus Filiæ, & de febri frenetica Matris *num.* 2. 3., *&* 4. De inuocatione verò Beati Francisci, ac de applicatione eius Imaginis, sicuti etiam de secundo extremo, scilicet instantaneæ sanationis, testatur tantum de auditu ab eisdem Fœminis, vndè plus non probat, ac illæ, propterea cum probatio in partibus substantialibus constitutionis Miraculi restringatur ad solas duas fœminas, non potest vllo modo dici concludens *ad Text. in cap. mulierem* 33. *quæst.* 5., *& ibi Glos. vers. nec Testis esse cap. forus in fin. vbi Glos. verb. Fœmina de verb. signific. Gloss. in cap. quoniam verb. mulieres vers. istud de Test.*

Probationis defectus multùm augetur ex eo, quod tam prædictus Confessarius, quam Mater, & Filia, qui soli tres Testes dantur in Summario, dicunt, quod Ioannes Bernabè fuit Medicus curæ, & successiuè quod has sanationes habuit pro miraculosis, vt respectu Confessarij *num.* 2. ibi = *Hauendola confessata, nell'vscire della Casa incontrò su la porta il Dottore Bernabè Medico, che veniua à vedere detta Inferma, e disse à questo Testimonio &c. che guardasse quello, che faceua, perche la infermità, che haueua quella giouine, era pestilente &c.* Mater etiam *num.* 21. ait = *Venne il Dottor Gio. Bernabè Medico, quale questa Testimonia haueua mandato à chiamare, & hauendogli toccato il polso, disse, che era febre pestilente.* Filia quoque *num.* 50. dicit: *La visitò il Dottor Gio. Bernabè Medico, &c.* dictus verò Medicus, qui est XXV. Testis *Proc. fol.* 733. nil dicit de hoc, & propterea multùm suspicari potest de fide dictorum Testium. Alias enim, si verè infirmitates, de quibus agitur, fuissent periculosæ, ac mortales, Medicus in suo examine nullo modo neglexisset de his quoque deponere, quod cum non fecerit, signum euidens est eum non reputasse sanationes pro miraculosis. Et quatenùs dicatur, quod idem Medicus præcedenter examinatus fuisset, nempè die 7. Decembris, vt ex supradicta Tabella *pag.* 21. Confessarius verò, qui est in ordine XLIV. examinatus fuit die 12. Ianuarij anni sequentis, & ambo Mulieres in ordine LI. & LII. die 22. eiusdem mensis, vndè forsan deduci poterit excusatio, quod Medicus super hoc facto non fuerit interrogatus; responsio erit facilis, quod nempè Iudices Remissoriales audientes ex depositionibus dictorum trium Testium, quod omnes concordabant in hoc ni-

mirum

mirum eundem Medicum adstitisse curationi dictarum Mulierum, debuissent ex officio illum accersiri facere, & super facti veritate interrogare; sicuti enim inhærendo nouissimis decretis, vltrà Testes a Postulatoribus inductos, alios etiam complures pro habenda certiori veritate ex officio examinari curarunt *Proc. à fol.* 1520. *ad* 1800. ità, quidem multò magis debuissent esse solliciti, vt præfatus Medicus nominatus à Testibus, tanquam melius cæteris de qualitate morbi informatus, reuocaretur, ad hoc, vt etiam super hoc Miraculo exactè deponeret,

Minuit etiam vim probationis, quod Testes non identificent diem imò nec mensem sequutæ sanationis, vt videre est ex depositione Confessarij *num.* 1. ibi = *Vn giorno, che non si ricorda qual fosse, nè il mese &c.* Mater etiam *num.* 19. ait = *nell'anno passato di Luglio ò Agosto &c.* & Filia (quod certè magis est inuerisimile) ne dum non facit mentionem de die, sed nec etiàm de mense, vt *num.* 48. = *Vn giorno, che non sò di che mese &c.* quæ circumstantia est valdè releuans, cum agatur de morbo ferè momentaneo, cum quilibet ex ęgris decubuerit per vnum, & ad summum duos dies, vt videre est *num.* 5. 8. 10. 11. 29. 36. 41. 45. 46. 55. 63., & 68.

Non minùs insubsistens detegitur releuantia, aduertendo quod tàm Filiæ, quam Matri in principio morbi non solum fuit adhibita vnctio cum oleo amigdalino, sed etiam sectio venæ, & quidem triplicata respectu Matris *num.* 25. 29. 34. 39. 47., & 61. Hæc autem venæ sectio in principio febris pestilentialis pleno ore approbatur per Medicos, vt videre est pœnes *Auicen. tom.* 2. *lib.* 4. *tract.* 4. *cap.* 4. *pag. mihi* 69. vbi agens de febri pestilentiali dicit = *Summa curationum earum est exsiccatio, & illud eum phlebotomia, id est venæ sectione* =; & *ibi Adden. pag.* 7. ait = *Priùs tamen incheoandam curationem à sanguinis euacuatione, &c.* Et paulo post dicit, quod = *Hieronymus Bonipetrus Nouariensis, cum Venetijs Medicinam faceret, ausus primus omnium venam morbi initio tundere felicissimo euentu, & magna cum sui auctoritate inueteratam iam contrariam opinionem euertit*, & *pag.* 71. *col.* 1. concludit, *sit ergo illud constitutum, &c. secari posse*, & *debere morbi inito*.

Et denique Bubones quoquo modo causatos, etiam à pestilentia esse semper naturalibus remedijs, & per cursum naturalem sanabiles ex *Sennert. pract. lib.* 5. *part.* 1. *cap.* 8. dicit *Matta de Canonizat. par.* 3. *c.* 18. *sect.* 4. *n.* 219. *pag. mihi* 250.

Accedit respectu Matris, quod deficit omninò instantaneitas, quæ est absolutè necessaria, dum laborabat sola Febri absque Bubonibus, vt dicunt Confessarius XLIV. Testis *num.* 8., & 9., & Filia *num.* 57., & 61., quæ infirmitas procul dubio remediorum ope sanabilis erat; Excluditur autem instantaneitas ex depositione eiusdem Filiæ *num.* 60. &c.; & *num.* 63. ibi = *E si riconobbe, che staua con gran miglioramento, e gli fù fatta vn'altra sanguigna &c.*

P. Bottinius Archiepiscopus Miren.
Fidei Promotor.

AES-

RESPONSIO FACTI, ET IVRIS

AD ANIMADVERSIONES

Reuerendissimi Promotoris.

SVPER TERTIO MIRACVLO.

CIrca probationem opponit Reuerendissimus Promotor, quod ea sit insufficiens, ex quo Inuocatio Beati, necnon secundum extremum Instantaneæ Sanationis solum probetur per duas fœminas Testes, non autem etiam per Confessarium tanquam in hac parte de auditu ab eisdem fœminis.

At facillima est responsio, quod cum numerus duorum Testium sufficiat, *cap. In omni de Testib.* vtique in hac materia eodem modo probant duæ fœminæ Testes, ac duo Viri, *quia ad qualitatem sexus Testium non respexerunt Maiores nostri* = sunt verba Auditorum Rotæ in Relatione Canonizationis *Ven. Serui Dei Gregorij Papæ XI. sub 12. Mirac.* §. *Quia fundamentum*, & Sancti Andreæ Corsini *apud Lezzan. consultat. 1. num. 269.*, latè *Conti*lor.*cap. 18. num. 4. & seqq.*, *Pignatell. consultat. Can. consultat. 251. per tot. tom. 1.*, qui testatur de praxi huius Sacræ Congregationis *Matt. de Canoniz. par. 4. cap. 1. nu. 15. & 18.*, *Eminentiss. Laurea d. disput. 20. artic. 25. §. 2. pag 630. num. 1076.*, maximè quando deponunt super facto proprio, vt docet *Text. in cap. Quoniam de Testib.*, ibi: *Mulieres, cum quibus peregisse dicitur, huc festines adducere* = vbi *Gloss. in verb. Mulieres*, notabiliter inquit *Sic Mulier admittitur in Testimonium, Castrens. in l. Quicumque num. 11. Cod. de seruis fugit.*, *Bart. in tract. de Testib. num. 57. in fin. Gabriel. eodem tract. conclus. 1. num. 18. limit. 3.*

Fortiùs, quia respectu primi, & secundi extremi habemus tres Testes de visu, hoc est vltra duas Fœminas Sanatas ipsum Confessarium Theologum, & in Medicina edoctum, nam quoad primum extremum morbi pestilentialis deponere etiam Confessarium ingenuè admittit Reuerendissimus Promotor, quo verò ad secundum pariter idem Confessarius est contestis de visu cum fœminis, si benè ponderatur tenor eius depositionis, dicit enim *num. 1.* *Vn giorno fù chiamato questo Testimonio perche andasse à confessare Donna Francesca Vittoria &c. staua la detta Inferma in letto &c. gli disse, che teneua due Bubboni vno sotto ciaschedun braccio, e con gran febbre, e questo Testimonio &c. gli toccò il polzo per intendersi anche di medicina, e riconobbe, che la febbre era maligna, e pestilente, e passò alla diligenza di guardare il Bubbone sott'il braccio sinistro, che era come vna noce indurito &c. nell'vscire della Casa incontrò alla porta il Dottor Gio: Bernabè Medico di detta Città, che veniua à vedere detta Inferma, e disse à questo Testimonio &c. che guardasse quel che faceua, perche l'Infermità, che haueua quella Giouine era pestilente &c. e nel giorno seguente tornando questo Testimonio alla detta Casa per riconoscere lo stato di detta Inferma &c. vidde l'Inferma del giorno antecedente alzata, e senza di-*

mostratione di mal alcuno &c. Cum igitur Confessarius die sequenti vidisset illam Fœminam = *senza dimostratione di male alcuno* = quam die immediatè antecedenti viderat = *inferma in letto, che teneua due Bubboni con gran febbre* = dici debet Testis de visu etiam quoad secundum extremum instantaneæ sanationis, quæ tam breui temporis spatio nempè intra Cancellos vnius tantum diei, fieri nequibat, maximè pensatis symptomatibus, & characteribus supra recensitis, præ quibus grauior reddebatur morbus, & difficilior sanatio; Quinimmò penitùs deplorata ob sectionem venæ febricitanti exequutam, *Summ.num.25.& 53.*, vbi Testes dicunt exindè Infirmam abijsse in deterius, nec mirum, quia sanguinis emissio in febribus pestilentialibus est cauenda, vt monet *Add.ad Auicen.tom.2.lib.4.tract.1. cap.18.col.2. pag. mihi* 119. & probatum est supra §.*Et tamen nullus*.

Remanet igitur Testimonium Fœminarum tantummodò in probanda Inuocatione, sed in hoc cessat difficultas, cum sit opinio inueterata, quod nedum duæ fœminæ sufficiant ad hunc effectum, sed per vnicum Testem inuocationem probari, fuse doceant *Card. Laurea in tertium Sent. de Miracul. artic.25. disput.20. §.3. pagin.637.num.1107.ad fin. & num.1109., Matta de Canoniz.Sanctor. par.4. cap.20. num. 4., Rosa de exeout. litterar. pro Canoniz. num.* 192., & fortiùs quia tota Ciuitas Montiliæ fuit liberata à Peste ex Miraculo huius Beati, vndè hoc etiam Miraculum tamquam super eodem morbo pestilentiali, ab eodem Beato inuocato successisse comprobatiuè dicendum est.

Omnisque amputatur ratio dubitandi circa probationem reflectendo ad tempus Miraculi, quod Pestis grassabatur per Ciuitatem Montiliæ, & quod nostri Infirmi erant huiusmodi tabe affecti, quo casu, cum vix domestici tractare soleant cum Aegrotis propter infectionis periculum, hinc proindè sequitur, vt ad probandum factum tempore Pestis relaxetur rigor probationum etiam in materia vbi ille exactus, & concludentissimus requiritur, ad tradita per *Clar.in prax.§.Testamentum quæst.16. nu.2., Roland. cons.81.num.45.& 46. lib.1., Gayl.practic.obseruat.lib2.cap.118. nu.18., Mysing.in cent.1.obseruat.96.per tot, Mascard.de probat. conclus.1358., Ciarlin. controu. forens. cap.109. n.1.& 2. tom.1., Afflict.decis.25.n.134., Boer.decis.218.n.11., Guid.Pap.dec.543. Thesaur. dec.190. per tot.*

Opponitur vlterius omissio examinis Medici Bernabè super hoc Miraculo, super quo deponere potuisset, & debuisset tanquam in Processu super alijs examinatus, cum fuerit pro curatione adhibitus, vt narrat Confessarius ab eo admonitus de periculo propter Infirmitatem contagiosam *num.2.*& Mater *num.21.*, & Filia *num.50.*; Et licet iste Medicus examinatus fuerit antè alios Testes de Miraculo deponentes, & ità non potuerit super hoc interrogari: Attamen dum deindè per illos in Contestem vocabatur, poterat ad examen reuocari, idque fieri debebat à Iudicibus ex officio, inhærendo nouissimis decretis, quæ iniungunt onus examinandi alios Testes præter inductos à Postulatoribus, quod quidem fecerunt, & ità multò magis solliciti esse debuissent, vt Medicus iste iterùm examini subijceretur post habitam notitiam à Testibus de hoc Miraculo deponentibus, quod fuerat pro curatio-

ratio-

ratione adhibitus, cum cœteris omnibus de statu, & qualitate morbi melius esset informatus.

Verum talis omissio non detrahit perfectæ probationi; Nam, vt admittit Reuerendissimus Promotor, Medicus fuit examinatus antequam Iudices huius Miraculi notitiam habuerint ex depositione Testium illud referentium post eundem examinatum, adeòque non poterant illum super hoc interrogare. Quod autem spontè, atque ex se super illo non deposuerit, mirum videri non debet, estque probabili,& verisimili obliuioni tribuendum propter extremam senectutem, ob quam potissimè memoria labefactatur, *Antonel.de temp.legal. lib.*1. *cap.*52. *n.*2.*Matta in præfat. ad Consilia tit.de methodo scriben. in Iur.n.*67.*Menoch.lib.*6.*præsumpt.*45.*n.*35.

Remouetur etiam opposita negligentia in adimplenda obligatione iterum examinandi præfatum Medicum post habitam notitiam, quod esset de Miraculo informatus; Cum enim examen fieret in Ciuitate Cordubensi summo Hyemis rigore scilicet de mense Decembris, ipseque Montiliæ moraretur distantis per viginti duo milliaria cum intermediatione duorum fluminum, & esset annorum 73., *vt in Positione super validitate pag.*21. non sine maximo incommodo, ac etiam salutis periculo reuocatus fuisset ad examen postquam erat ab illo dimissus, & ad proprios lares redierat; Vndè Iudices prudenter existimare potuerunt ipsum non esse reuocandum ob moralem impossibilitatem, quæ resultat ex magno incommodo, atque periculo, *vt per Tex. in leg. Nepos procul in fine,ff.de verbor. signific., & leg* 2. §.*Si quis hæredi ,ff.de statu liber.* probat *Menoch. cons.*2. *nu.*211.*, & cons.*351. *num.* 35. Cum enim in omnibus aliis laudabiliter, & cum omni diligentia munus suum expleuerint, examinando tot Testes, ex officio, vt admittit Reuerendissimus Promotor, ità quoque asserendum est, quod in hoc non defecissent, si possibilem experti fuissent reuocationem huius Medici ad nouum Examen, cum præsumptio stet pro Iudicibus delegatis circa exactum, & absolutum commissionis adimplementum,*Text.in l.*2.*Cod.de Offic.Iud. Ciuil.* in illis verbis = *Quod non arbitramur,* latè *Menoch. de præsumpt. lib.*2. *præsumpt.*67. *num.*2.*, &* 3.*,& de adipiscend. poss.remed.*4. *num.*822.

Et nihilominùs ad tollendum omnem scrupulum Postulatores Religiosi in partibus certiorati de hac difficultate, quodque adhuc viueret dictus Medicus Bernabè, in ætate octuagenaria constitutus, & dubitantes de proxima superuentura morte, illum quanto citius iudicialiter examinari curarunt seru. seru. coram Ordinario loci, & huiusmodi examen integrum datur infrà *Summ. addition.n.*1.*, & seq.*ex quo habetur veritas de substantia, & releuantia nostræ miraculosæ sanationis, vt ibidem videre est.

Vlterius animaduertit ReuerendissimusPromotor nullum ex Testibus exprimere diem, nec etiam mensem patrati Miraculi Confessario, & Filia obliuionem illius affirmantibus, & Matre alternatiuè deponente de mense Iulii, aut Augusti, *Summario supra num.*1. 19. 48. Quæ omninò asseritur valdè considerabilis, cum agatur de morbo ferè momentaneo vnius, vel ad summum duorum dierum.

Verum talis omissio nullius roboris detegitur ad infringendam probationem quando, vt in præsenti, vis miraculosæ sanationis non consistit in eo quod vna potius, quàm alia die contigerit vt in puncto Canonizationis *Pignattell. consult.* 187, *num.* 3, *tom.* 10, & generaliter *Farinacc. de Testib. quæst.* 64. *num.* 96. vltra quod non deficit æquiualens expressio per circumstantias, & demonstrationes, ex quibus tempus erui potest; Nam Confessarius Testis XLIV, dicit Miraculum contigisse in initio Morbi contagiosi, quo Montiliæ Ciuitas correpta fuit, in quo conueniunt alij Testes, Mater, & Filia, quæ vlterius addunt, principium Morbi, quo ipsa Filia fuit afflicta, euenisse die Lunæ, addente Matre mensem Iulii, vel Augusti, omnesque concordant in anno scilicèt 1681. Cumque Morbus fuerit breuissimus, vt obseruat Reuerendiss. Promotor, difficiliùs erat præcisam temporis, & indiuidualis diei memoriam conseruare, sed sat est, quod per circumstantias, & demonstrationes describatur, quarum precipua est morbi Contagiosi primordium, quod omnes Testes ad tempus æstiuum mensis Iulii, vel Augusti à Matre relatum concorditer refundunt.

Circa releuantiam ponderat Reuerendissimus Promotor, quod emissio sanguinis, & linitio partis lesæ cum oleo Amigdalino esse potuerint opportuna remedia ad consequendam sanitatem *ex Auicenna, & Adden. Ad eum*, necnon *Senert.*

Verum circa emissionem sanguinis respondetur, quod opinio *Auicennæ* est communiter reprobata, cum ipse eam desumpserit ex *Aetio*, & *Rufo* antiquioribus medicis, qui tamen sanguinis emissionem in præseruatione, non curatione admiserunt, & ideò *Auicenn.* errasse in intellectu *Aetii*, & *Rufi* optimè ponderat *Petr. Salius lib. de febr. pestil. cap.* 21., & plenè examinat *D. Trullius pro veritate scribens infrà* §. *Sed ista difficultas Dominus Manfredus* §. 2. *animaduertit*, & in omnem casum *Auicenna* loquitur simpliciter vbi adest febris pestilentialis, non autem quando simul cum eadem febri concurrunt Bubones in Infirmo, hoc enim casu vniuersa Medicorum Schola concordat venæ Sectionem esse prohibitam, & prorsùs damnatam tanquam lethalem, ex validissimis rationibus ponderatis à *Franc. Paect. Celestin. lib.* 1. *Chirurg. de tumor. cap.* 7. ibi: *Concludendum ergo est quod venæ sectio in pestilente Bubone non tenuenit propter virium imbecillitatem, quæ oritur ex infectione, quæ per contagium primum fit in sanguine, deindè fit in corde, & ideò necessario vires prosternuntur. Non competit etiam, quia naturam à proprio opere impediremus, quæ expellere quærit criticè, quod sibi noxium est*; Et in puncto distinguendo inter casum, quo adest sola febris pestilentialis, vt in hoc possit secari vena licet cum difficultate, & inter casum, quo etiam cum eadem febri concurrant Bubones, vt tunc nunquam secanda veniat tamquam exitiosum, & mortis causatiuum plenè firmat *Gabriell. Fal'op. de tumor. cap.* 11. ibi: *Ego autem dico, quod nec in principio Bubonis pestilentis, nec in augumento, nec in statu, est secanda vena, non nego tamen, quod in febre pestilenti pura sine Bubone non sit secanda, licèt etiam in hoc sit aliqua difficultas discutienda ab Excellentissimis istis Practicis, namnon de hac febri loquimur nos; at de Bubone pestilenti, qui sem-*

per

per habet coniunctam febrim, & in hoc dicimus non esse secandam venam, nam secare venam in hoc morbo est interficere Egrum; vndè credo, quod omnes quibus anno Superiori, dum Pestis grassabatur, fuit secta vena, sint mortui, & id ipsum concludit *Ambrof. Paraeus de Pest, lib.6. cap.24.* = *Hunc igitur naturae motum si Medicus imitari debet, profectò nec purgandum, nec sanguinem emittendum putauit, ne motu contrario foris intro reuellendo naturae motum, qui fit intus, foras interturbet*; *& Schenk obseruat. lib.6. de Peste curatio Pestis obseru.1. pag.770.* ibi = *Quare emergentibus Bubonibus, Carbunculis, alijsque eruptionibus pestilentibus quarum causae sint in solo aeris vitio à purgatione, & phlebotomia abstinendum; Non enim dubium est, quin debilitata vtroque vacuationis genere, natura, & ex haustis vna cum sanguine spiritibus aura venenata in vacuum corpus facilius subeat, & recipiatur, & receptaque in idem debilius factum, suam tyrannidem exerceat*; & super hoc puncto nostri Medici bene satisfaciunt, ad quos est habendus recursus.

Quo verò ad vnctionem cum oleo Amigdalino luculentèr etiàm respondent ijdem nostri Medici, nempè *Dominus Trullius §. Supra citato, & Dominus Manfredus §. Opponit*, Et sanè nulla per Reuerendissimum Promotorem affertur authoritas, dans illi virtutem dissipandi Bubones in instanti, & quidem si eam haberet, vtique contagiosa Lues esset malum leuissimum, dum tanta facilitate posset curari cum oleo Amigdalino, quod proinde maximis praeconijs celebraretur ab omnibus Medicis, qui hucusque de Peste scripsere; neque operae pretium fuisset, quod sese occupassent, & adeò insudassent, in suadenda difficultate euadendi ab hoc venenoso Morbo, prout fecerunt, firmiter asserendo, quod = *Bubones pauci curant, Egri interdum prima die, interdum quarta, raro vltrà viuunt* = irrationabiliter etiam asseruisset *Zaccut, lib.4. de Med. Princ, hystor.46. in Paraphra, Quod diri sunt, atroces, & semper plurimos, aut certè multos celeriter è medio tollant*, & ità *Vallesf. de Peste cap. 7. pag. mihi 93. vers. Probatur, & cap.8. in princip. pag.113, & 114. Card. Castald, eodem tract, cap.256. num.53. & 54. & cap.265. num.52*, Nec opus fuisset praescribere violentiora, ac potentiora remedia attrahentia morbum ad cutem, vt suppuratio prouocetur de quibus *Paraeus cap.31. Acquapendent, dicto cap.17.* ibi = *vtilissimum tunc ei materiam veneficam attrahere ad illam partem epispaticis validissimis &c. omnium maximum laudo flammulam, qui admodum attrahit, & Fracastor. lib.3. de morb. contag. cap.7.*, qui loquendo de curando Bubone per haec verba imperatiua docet = *Scarifica, & cucurbitula aliqua magna sanguinem infectum extrahe &c, Vallesf. cap. 6. pagin. mihi 287.*, vbi loquendo de curatione Bubonum ait = *pertentanda ars est, num, è multis perituris aliqui ardenti ferro* (nullo de oleo facto verbo) *saluti restitui possint*.

SENERT, verò allegatus per Reuerendissimum Promotorem dicit Bubones [per cursum naturalem esse posse sanabiles, sed non mediante oleo Amigdalino, & multò minùs in instanti, (in quo consistit pondus nostri Miraculi) quippè illa instantanea disparitio Bubonum ad applicationem Imaginis Beati nunquam po-

potuit esse nisi supernaturalis, & miraculosa; nàm aliàs iuxtà naturalem indolem disparitio instantanea Bubonum fuisset retrocessio exitialis, & lethalis vt aduertit idem *Sennert. lib. 4. de febrib. in prognostic.* ibi = *contra periculum summum adesse mortemque adeò imminere significatur, si Tumores iterum delitescant, atque ad interiora materia recurrat Palmar. de febrib. pestilent. cap. 7.* ibi = *vix centesimum quisque euadit ex ijs quibus Bubones, aut Carbunculi intrò remeantes citrà suppurationem subitò disparent. Vallesf. de Peste cap. 8. pag. 117.* ibi = *Si verò euanuerunt, licet Eger conualuisse videatur, repente occumbit = & cap. 7. de curat. Bubon. pestifer. pagin. 288.* ibi = *& si spontè Bubo euanescat, quantumuis Eger conualescere videatur, imbecillitatem arguit expultricis facultatis, venenique Palindrumen ac repentinam mortem accersit = Card. Gastald. de Peste cap. 256. num. 65., & 66.* ibi = *Bubones pestiferi si retrocedant, virus cor inuadat necesse est, & perimat.*

Maximè autem retrocessio, & disparitio Bubonum fuisset letalis in casu nostro si è natura prouenisset, ex quo illi erant maligniores tanquam collocati propè Axillas sub brachijs, de quibus infaustum OMEN protulit *Petr. forest. in schol. ad obseruat. 20. de febr. pestil. lib. 6.* ibi = *Et maligneres si alas occupent. Vallesf. dicto cap. 6. de curat. Bub. pag. 288.* ibi = *At sciant vniuersi exiguam ab his sperandum salutem, qui Bubonem subaxillarem protudere; nam cor syncope collabitur, tum ob cordis cū cerebro sympatiam Egri alto veterno premi consueuerunt* = quod & ante pronunciauerat *cap. 8. pag. 117.* ibi = *Qui sub axillis extumescunt periculum graue minantur; & arte in longinquiores partes reuellendi;* Idque etiam prędixit *Riuerius in prax lib. 17. cap. 1. pag. 639. vers. Carbunculi, & Bubones*, vbi rationem reddit, quod grauem ostendant cordis passionem; nec non celeberrimus Medicus *Marsilius Ficinus tract. de vita. tit. de Epidemior. Antid. cap. 13. pag. mihi 113.* vbi promiscuè accipiens inflationem, & Bubonem ibi = *altera est inflatio, & vocatur Bubo* = istumque asserens solitum esse venire sub brachijs ait = *hac de causa peior est inflatio, quoniam veneni multum ad principalia decurrisse membra ostendit, & quanto cordi propinquior inflatio fuerit, tanto quidem periculosior.*

Sed euidentius reflectendo, quod naturaliter in casu nostro Bubones nunquam potuerunt disparere in instanti tamquam valdè magni, & duri, quæ durities refertur per *Testem 44. Summario num. 2.* ibi = *Era come vna noce indurito secondo il sasso, che fece* = & per Matrem Testem 52. *num. 22.* ibi = *li tumori erano due, vno sotto ciaschedun braccio molto duri, e grossi* = & per infirmam Filiam Testem 52. *num. 51.* ibi = *E ciascheduno saria grosso come vna noce, e molto duri* = De qua ita ominatur *Vallesius dicto cap. 6. de curat. Bub. pagin. 287.* ibi = *si duritiem insignem referunt, nec emolliri potuerint, potius Cancrenam, quàm maturitatem præsagiunt. Tum verò pertentanda Ars est, num è multis perituris aliqui ardenti ferro saluti restitui possint.*

Quæ omnia in puncto Phisicæ veritatis ostendunt, nec emissionem sanguinis, nec oleum Amigdalinum potuisse in instanti expellere morbum contagiosum, verum accedit ipsa experientia rerum

magiſtra, dùm antè applicationem Imaginis fuit ſecta vena, & deliniti fuerunt Bubones oleo Amidgdalino, & tamen nihil profuerunt remedia iſta, nec Bubones diſparuerunt, vt in *Summario num.* 20. 21. 23. 25. 34. 52. 53., *&* 61., quandò per contrarium admota Imagine Beati, illicò ceſſauit febris, ac Bubones diſparuerunt incontinenti, *Summario num.*4., *&* 26., ergo non oleum, nec emiſſio ſanguinis fuerunt cauſa inſtantaneæ ſalutis, ſed ſola applicatio Imaginis Beati, *Pignattell. conſult.*177. *num.*8., *&* 22., *&* *conſultat.*185. *num.* 33., *&* *conſultat.* 190. *num.*7. 9., & 10. *tom.*10., & comprobatur etiam ex argumento efficaciſſimo, quia nempè ſi vellemus attribuere remedijs præambulis ad ſanationem, vtique aſſignabilis non eſſet aliqua ratio, quarè priùs ſanatus fuit vnus Bubo, & poſteà alter, & non vterque ſimul. Ergo ſi ſanatio Bubonum ſecuta eſt per priùs & poſteriùs, ſicut ſecuta eſt applicatio Imaginis priùs vni, & poſteà alteri ex Bubonibus, profectò Imagini Beati, & non remedijs adſcribenda venit diſparitio Tumorum.

Demùm Reuerendiſſimus Promotor opponit defectum inſtantaneitatis circa Matris ſanationem, ſed oppoſitio tollitur ex depoſitione ipſius infirmæ *num.*63., vbi dicit = *Egli fù fatta vn'altra Sanguigna, per quanto ſi puol ricordare, e continuando nelle ſue preghiere nell'altro giouno di Venerdì per la mattina ſi trouò ſana, e libera in tutto della febre, e ritornati nelli ſuoi ſentimenti* = ex quo probatur inſtantaneitas: ſi enim Mater die Iouis erat iam deſperatæ ſalutis, vt aſſerit filia, *Summario Num.*61. ibi = *E nel giorno ſeguente di Mercordì vedendo queſta Teſtimonia, che ſua Madre ſi moriua* = vtique ſi die ſequenti Veneris prorsùs effecta eſt ſana, non potuit id euenire naturalitèr, cum in decurſu vnius diei non fiat tranſitus de morte ad vitam, vt benè conſiderat pro inſtantaneitate *Dominus Trullius pro veritate ſcribens infrà* §. *Animaduertit.*, cùm inſtantaneitas debeat iudicari ſecundum circumſtantias Morbi præcedentis, obſeruando, an naturalitèr tàm breui vnius diei ſpatio natura poſſet expellere morbum, vt expendit *Pignattell. conſultat.*177. *num.*29. *tom.*10. quo verò ad inſtantaneitatem aliarum duarum ſanationum filiæ, & Matris reſpectiuè Reuerendiſſimus Promotor eam non impugnat, ideò miraculum iſtud tamquam magni momenti, vtpotè triplex, extimandum eſt.

Franciſcus Maria Pitonius | *Aduoc.*
Thomas Montecatinus |

Frigdianus Caſtagnorius, e Colleg. Patron. Cauſ. Sac. Palat. Apoſt.

REVISA.

Andreas Pierius Sub-Promotor Fidei.

SVMMARIVM

Additionale Responsionis.

SVPER TERTIO MIRACVLO.

Nella Città di Cordoua à dì 12. del mese di Giugno Anno 1693. auanti il Licentiato Don Francesco di Zebein, e Godinez Canonico della Santa Chiesa di Cordoua, Prouisore, e Vicario Generale d'essa, e sua Diocesi fù presentata la seguente petitione.

Num. 1. *Instantia postulatorum coram Ordinario Loci pro recipiendo examine Medici Bernabè. Prout in Originali dato Eĩho D. Ponenti.*

IO Frà Diego di Cordoua Religioso Professo dell'Ordine del mio Padre S. Francesco, e Guardiano del Conuento extra muros della Città di Montilla nella miglior forma, che de iure posso, comparisco auanti Vossignoria, e dicò, che nell'vltimo Contagio, e Peste, che patì la sudetta Città di Montilla, vi si trouò in essa Donna Francesca Vittoria Soriano, la quale patì il detto contagio per hauer hauuta febre pestifera, e due Carbonchi, ò siano Buboni, & hauendola visitata il Dottor Don Giouanni Bernabe d'Arroio Medico habitante nella detta Città, il quale hauendo conosciuto il pericolo manifesto della vita, nel quale staua la detta Donna Francesca Vittoria, ordinò li fossero dati li Sagramenti, & essendo ritornato il giorno seguente a visitare la detta Inferma, la trouò sana per esserli partita repentinamente la febbre pestifera, come anche li due Carbonchi, ò Buboni, che haueua il giorno antecedente, mediante l'Inuocatione da lei fatta al Beato Francesco Solano, e da esso Dottor Don Gio. Bernabe d'Aroio fu hauuto questo successo per Miracolo: E perche nelle Informazioni, che si fecero nella detta Città, & in quella di Cordoua fù omesso l'essame del detto Dottor Don Gio. Bernabe, circa il sudetto caso, secondo la notitia, che ne hò: Per tanto à V.S. domando, e supplico, ordini spedire la sua Commissione &c.

Sequitur Commissio in Personam D. Vicarij Montiliæ, & subindè.

Nella Città di Motilla adi 16. Giugno 1693. auanti Sua Signoria il Licenziato Don Antonio d'Aguaio Anguilar Commissario del Sant'Offizio dell'Inquisitione di Cordoua, e Vicario della Chiesa di questa Città, compari il P. Frà Diego di Cordoua Guardiano del Conuento di San Francesco extra muros d'essa, e presentò la retroscritta Commissione, e domando fosse esseguita.

Essendo stata veduta da Sua Signoria, comandò, che fosse presa la depositione del Dottor D. Gio. Bernabe d'Arroio Medico habitante in questa Città, conforme il contenuto della detta Commissione auanti di me presente Notaro Apost. &c.

Nella

Num. 2. Depositio Medici Bernabè.

Nella Città di Montilla nelli sudetti giorni, mese, & anno Sua Signoria il detto Signor Vicario per la detta depositione fece comparire auanti di se il Dottore Don Gio: Bernabe d'Arroio Medico habitante in questa Citta, dal quale prese il giuramento nella forma consueta, mediante il quale promise dire la verità, & essendo stato interrogato sopra il tenore della petitione retroscritta, disse nell'vltimo Contaggio, e Peste, che vi fù in questa Città, che stima fosse nell'anno 1682. vn giorno, che precisamente non si ricorda qual fosse, fù chiamato esso Deponente, come Medico di questa Città, accioche visitasse vna Donna, che si chiamaua Donna Francesca Vittoria Soriano, la quale habitaua nella strada, che chiamano di San Sebastiano, & hauendola visitata, & toccatogli il polzo, conobbe, che aueua la febbre pestifera, & ordinò, che si scoprisse, e vidde, che haueua due Carbonchi, ò Buboni, e conoscendo il pericolo imminente della morte, in cui staua, ordinò, che gli fossero dati li Santi Sagramenti, & il giorno seguente ritornò à visitarla, & hauendoli toccato il polzo, la trouò libera affatto della febbre, & ordinatoli, che si scoprisse, vidde che non haueua alcun Carbonchio, ò Bubbone, e domandategliene la causa d'vna sanità tanto subitanea, li fù risposto dalla detta Francesca Soriano, che si era raccomandata di viuo cuore al Beato Francesco Solano, e che si trouaua libera dal detto Contaggio da lei patito il giorno antecedente. E esso Deponente hebbe per manifesto Miracolo del Beato Solano la sanità tanto subitanea della detta Donna Francesca Vittoria Soriano, e questo, che lui hà deposto, e la verità mediante il giuramento, che da lui è stato fatto, & essere di età d'80. anni, e si sottoscrisse assieme con Sua Signoria il d. Sig. Vicario.

Num. 3. Febri pestifera cum bubonibus Ægra laborabat.

Num. 4. Instantanea sanatio.

Num. 5. Inuocatio Beati.

Num. 6. Testis rem tribuit Miraculo.

Il Licenziato Antonio d'Aguaio Aguilar.

Il Dottor Don Gio: Barnaba Arroio.

Gio: Marquez del Barranco Not. Apostolico.

Io Gio: Marquez del Barranco Notar. Apostolico publico per autorità Apostolica, & ordinaria, habitante in questa Città di Montilla, in fede di ciò lo segnai, e sottoscrissi.

Sequitur legalitas.

Sequitur recognitio characterum, & subscriptionum omnium prædictorum in forma cum attestatione Cancellarij Sac. Rit. Congregationis, vt sequitur.

Iacobus Sassus.

Jo: Zucchettinius Subst. fidei
N. Archiep. Apamean. Sac. Rit. Cong. Secr.

ANIMADVERSIONES
Additionales Reuerendissimi Fidei Promotoris.

BEATISSIME PATER.

CVM ego in Animaduersionibus exaratis in Positione Anni 1692. ad quartum assertum Miraculum, quod nunc est in ordine Tertium, Instantaneæ, scilicet sanationis Franciscæ Victoriæ à Febri maligna, & Bubonibus &c. *in §. Probationis defectus pag.* 122., & in præsenti Positione *pag.* 217. opposuerim deficientiam examinis Medici Bernabe, qui Infirmam prædictam curauerat,& ab alijs Testibus in contestem fuerat adductus(quia dictus Medicus examinatus super alijs assertis Miraculis, nihil super hoc deposuerit) & Postulatores huic obiecto satisfacere conati fuerint in responsionibus tunc datis, adhuc cognoscentes illas non esse sufficientes examinari curarunt de Anno 1693. prędictum Medicum Bernabè authoritate ordinaria, eiusque depositio modo per extensum datur *in Summ. Addition.*

Verùm huiusmodi Depositio est ineuitabiliter nulla, nedùm quia facta fuit auctoritate Ordinaria post appositionem manus Sedis Apostolicæ: sed insuper quia fuit studiose procurata post quam ego de præfato defectu ad infringendam probationem obieci: Vndè cùm in substantia tendat ad eandem probationem coadiuuandam, obstat Decretum editum die 29. Nouembris 1658. à fel: record. Alexandro VII. per quod vetitæ fuerunt coadiuuationes etiam per litteras Remissoriales Sac. Congregationis, vt in copia, quæ datur *in Calce*.

Cœterùm controuertere non audeo, quod saltem hæc depositio, etiam nulliter recepta conferre possit ad elidendam suspicionem à me consideratam in Animaduersionibus, nempe quod dum iste Medicus examinatus in Processu super alijs Miraculis, nihil de hoc deposuerit, multum dubitari posset de fide Testium, qui dixerunt, eum adstitisse curationi huius mulieris; sed indè non potest deduci, quod eiusmodi depositio ex supradicto duplici capite omninò nulla, sit apta roborare probationem resultantem ex Testibus examinatis Auctoritate Apostolica: Et ad summum præbere potest aliquod adminiculum, quatehùs non obstet præfatum Decretum impediens coadiuuationem probationum, de quo dubitari potest.

Quæ dicta sint sub Censura, saluo &c.

P. Bottinius Archiepiscopus Myren.
Fidei Promotor.

CVM

Decretum de non coadiuuandis probationibus.

CVM hactenùs in Causis Beatificationum, & Canonizationum semel articulata nouis probationibus coadiuuari posse Sac.Rituum Congregatio indulgere quandocumque consueuerit, verùm in re tam graui indulgentiæ qualibet effugiendæ videantur, vtque in humanis est, sinceram veritatem indagandi, ac prælibandi facultas, Sacramet Congregatio, vt eam faciliùs, ac pro viribus assequatur, Sanctissimus Dominus Noster vetuit posthac quibusuis sub prætextu, vel vrgenti, ac rationabili causa Remissoriales quascumque, vel Compulsoriales litteras ad coadiuuandas probationes decerni, & relaxari, vel sumendi in Vrbe similes probationes Eminentissimo Domino Card. pro tempore Vicario facultatem attribui: Itaùt si primò articulata concludenter tunc non probari contingerit, iam nulla sit spes, & omnis sit præclusus aditus, eamet nouis probationibus coadiuuandi. Huiusmodi autem Decretum inter nouissima Decreta referri, & inconcussè seruari mandauit die 29. Nouembris 1658.

RESPONSIO

Facti, & Iuris.

AD ANIMADVERSIONES

ADDITIONALES

Reuerendiss. Promotoris.

DIcebat Reuerendissimus Promotor in præteritis Animaduersionibus super hoc tertio Miraculo, quod multum dubitari posset de Fide nostrorum trium Testium, ex quo Medicus Bernabè, licèt in partibus examinatus super alijs Miraculis, nihil tamen super hoc deposuerit.

Nos autem in responsionibus datis, inter alia diximus, quòd idem Medicus Bernabè fuit iudicialiter examinatus in partibus à Religiosis de hac difficultate certioratis, contra quod examen Reuerendissimus Promotor fecit Animaduersiones additionales, dicendo, quòd supradictum examen fuerit nullum, tamquam factum Auctoritate ordinaria, postque appositionem manus Sedis Apostolicæ, ac tamquam studiosè procuratum post patefactum animum Reuerendiss. Promotoris super hac difficultate.

Verùm quidquid sit, an relatum examen dici possit nullum; hoc vnum indubitatum est, quod illud non fuit adductum ad supplendam probationem imperfectam, in quibus terminis procedit obiectum Reuerendissimi Promotoris, sed fuit simplicitèr procuratum ad elidendam suspicionem ab eo consideratam contrà probationem perfectam prædictorum trium Testium, quo casu sufficit quæuis coniectura, & quæuis depositio etiam informis,

& nulla ad tollendam prædictam suspicionem, vt in hac parte ingenuè fatetur Reuerendissimus Promotor in Animaduersionibus additionalibus §. finali ibi = *Cæterum controuertere non adeo, quod saltem hæc depositio, etiam nulliter recepta conferre possit ad elidendam suspicionem à me consideratam in Animaduersionibus nempè, quod dum iste Medicus examinatus in processu super alijs Miraculis, nihil de hoc deposuerit, multum dubitari posset de Fide Testium, qui dixerunt, cum adstitisse curationi huius Mulieris*.

Ideoque cùm in hoc tertio Miraculo habeamus probationem perfectam ex depositione trium Testium non habemus necessitatem examinis Medici Bernabè, itaùt eius examen solùm adducatur ad remouendam exceptionem, & suspicionem eisdem Testibus datam, ad quem effectum etiam examen nullum sufficit, vt Reuerendissimus Promotor admittit.

Immò non solùm examen prædictum confert ad tollendam suspicionem per Reuerendissimum Promotorem consideratam, sed immò addit fidem Testibus etiam in ea parte, in qua de auditu se referunt ad eumdem Medicum Bernabè, vt *num.* 2. 21., & 50., cum enim iste eodem modo deponat, ac referunt de auditu ab ipso relati Testes, vtique isti probare dicuntur etiam iudicium Medici super Morbo, cùm duo Testes de auditu ab ipso Medico probent, sicut ipse Medicus de visu iuxtà *Text. in cap. Licèt ex quadam, vbi gloss. ff. de Testib., Farinacc. de Testib. quæst. 69. n. 80. Gabriel. eodem tract. conclus. 3. num. 5. lib. 1., Pignatell. in specie consult. 34. num. 2. tom. 5.*

Itaùt dicti tres Testes habeant vim quatuor habito respectu ad iudicium Medici, super quo de auditu ab eo deponunt, quandò ipse Medicus, licèt nulliter examinatus, optimè concordat, quia tali casu non dicitur suppleri probatio imperfecta, sed perfecta probatio trium Testium fidem mereri, etiam in ea parte, in qua Testes deponunt de auditu accedente præsertim decrepita eiusdem Medici ætate proxima periculo mortis, quo casu etiam pro substinenda eius depositione, alias nulla intrare deberet legalissimum motiuum æquitatis, cuius hæc Sancta Sedes Apostolica est maxima cultrix *Sanchez respons. moral. lib. 4. cap. 2. dub. 9. num. 2., Rota coram Bich. decis. 531. num. 12., & in terminis affinibus coram Pamphilio decis. 8. num. 5.*, & cum hac æquitate procedi debere in causis Canonizationum, dixit *Rota in Relationibus Sancti Hiacynthi, tit. de probat. vers. Sed leuem, & Sancti Andreæ Corsini par. 3. de mod. prob. §. 3. versic. Satis etiam apud Lezzan. consult. 1. num. 334. quas refert, & sequitur in Relatione Sancti Iosaphat par. 1. §. Quam illationem*. Periculum enim mortis decrepiti Testis, nè pereat probatio, operatur, vt examen etiam informe sit attendendum *cap. Quod non est licitum de reg. Iur. cap. Quanto de consuetud. Gratian. discept. 626. num. 15.* lex enim subijcitur necessitati, non è contrà *cap. Licèt de fer. Barbos. Axiom. 157. num. 1.*

TER-

TERTIUM MIRACULUM.

Sanatio à Febre maligna, & Bubonibus instantanea, Franciscæ Victoriæ Filiæ, eius Matris, & Fratris eiusdem.

Consult. D. Manfredi super III. Miraculo.

PRopofita tria Miracula verfantur fubftantialiter circa eiufdem morbi fanationem, & quidem inftantaneam, fed cum diuerfis aliquibus circumftantijs. Quæ fingula ideò difiunctim confiderabimus.

Primus enim cafus, primumque Miraculum eft Francifcæ Victoriæ Soriano Virginis, quam peftilente febre correptam fuiffe clariffimè demonftant, tùm conditio Epidemiæ, quæ communitèr Montiliæ tunc temporis vagabatur: tùm febris, qua affligebatur Petiens, mos, & natura; tùm ea, quæ febrem concomitabantur. Primò, Epidemiæ conditio; nam quando vagantur morbi peftilentiales, probabile eft omnes, & quicumque corripiuntur morbis, & præfertim febribus, eiufdem generis morbis affligi, cum Peftis vt plurimum à caufa communi proficifcatur. Secundò, natura, & mos eiufdem febris, quæ maximam acutiem, & perniciem præfeferebat, adeò vt à Medico fuerit in prima vifitatione, & talis conditionis iudicata febris, & defperata falus Patientis, ac Sacramentis Ecclefiæ muniri iufferit, vt deponit Teftis 51. *num.*21., *& hauendoli toccato il polso, disse, che era febre pestilente, e che perciò subito all'instante gli dassero li Santi Sagramenti, perche si moriua*. Tertiò, ea, quæ comitabantur, nempè Bubones, & deliria, & vomitus, morbi peftilentialis perniciem infinuant, vt omnes Scriptores concordant, & ex eorum placitis, & obferuationibus collegit *Zacch. quæst. Medicolegal. lib.*4. *tit.*3. *quæst.*3. *num.*8. *Id omnes Pestes commune habent, vt ea correpti illicò faciei colorem in pallidum, aut liuidum immutent, spontanea, grauique lassitudine detineantur, timore, ac terrore corripiantur, & plerumque syncope molestentur*, & paulò inferius poft expofitam de his aliquam theoricam, fequitur: *Carbunculis, antracibus, Bubonibus in inguinibus, aut sub alis, aut parotidibus, tumoribus scilicèt in aurium radicibus, Pestis præsentiam attestantur*, & alijs pluribus recenfitis infra fequitur: *Vomitus etiam comparere solent, putridorum humorum, grauiterque, olentium, & in summa, aut omnia, aut plura signa, & potiora eorum apparere solent, quæ summam, & conclamatam humorum corruptionem attestantur*.

Erat ergò noftra Patiens conflictata febre peftilentiali, nam patiebatur deliquia, & fenfuum turbationem, ex Tefte 51. *num.*20. ex Tefte 52. *num.*49. Patiebatur Bubones duos, vnum fub vnaquaque axilla, & infignis molis, & duritiei, ex Tefte 51. *n.*21. ex Tefte 52. *num.* 51. Sed etiam vomitu conflictabatur, ex Tefte 51. *num.*20., & ex Tefte 52. *num.*49. Cum hæc fint veræ, & exiftentis Peftis indicia, & quidem potiora.

Verum cum hæc affectio vel illicò, vel quam citiffimè interimat, vt tradit Zaccut. Lufit. *lib.*4.*de med.Princ.Hist.*46.*in Paraphra*.

Quarè

Quarè verè pestilentes morbi, diri sunt, atroces, & semper plurimos, aut certe multos celerius è medio tollunt. Naturalitèr in secunda morbi die sanari non poterat; eoque minus, quia tunc temporis morbus erat adhuc in augmento, quod ex ipsa depositione liquet, adhuc creuisse tempore Inuocationis; nam Testis 52. *num.* 53. inquit, *e la detta febre continuaua sempre più auanzandosi*, cui cæteri concordant ad literam. Et Bubones paritèr erant in augumento, cum summam præseferrent duritiem: *ciascheduno saria grosso, come vna noce, e molto duri*, ex eodem Teste *num.*51. *Li tumori erano due, vno sotto ciascheduno braccio molto duri, e grossi* ex Teste 51. *num.*23. non autem declinationis tempus mensurant, nisi mollescant, & vergant ad suppurationem, vt omnes practici Doctores concordant, quos ne frustra sim prolixior (hoc etenim est primum principium in re Medico-chirurgica) libenter omitto.

In hoc itaque gradu morbi, statim, & instantaneæ Sanitati restitui, accidentibus omnibus disparentibus, absque vllo præcedentis morbi, symptomatumque vestigio, cum recuperatione virium, adeòut sequenti die potuerit è cubile surgere, & Matri successiuè ægrotanti adsistere, & inseruire, cum naturalitèr fieri nequeat, Miraculo videtur adscribendum: Nec etenim fieri potest ab extremo transitus ad extremum, sed vigentis morbi finis potest succedere mediante declinatione ipsius, quæ per mitigationem accidentium innotescit; Vndè quandocumque vigent simptomata, semper morbus, vel est in augmento, vel ad summum in suo statu; & quemadmodum nullus æger potest in morbi declinatione mori, vtpotèque natura prædominium supra morbum ostendit, sic è conuersò, nullus morbus potest in augumento, neque in statu existens terminari, cum vel maiorem energiam morbi supra naturam valentis ostendat, vel saltem æqualem, qua non expugnata, neque sanitas potest succedere.

Breuem vtique finem Bobonibus tribuunt Auctores, sed ad mortem; sic Hier. Fabricius ab Aquapendente *in Pentatheuco lib.*1. *cap.*17. scripsit: *Bubones pestilentes pauci curantur; ægri enim interdum prima die moriuntur, interdum quarta, rarò vltrà viuunt*; sed illi qui superstites euadunt quomodo tractantur? respondet ibidem idem, attrahendum esse humorum prouentum illius corporis (quorum intus redundantiæ Bubones sunt indicia) ad partem affectam causticis, & attrahentibus, ne intus coercitus, & reuolutus sæuiat in viscera nobiliora, grauioraque damna mortis prodroma inducat. *Vtilissimum tùn ei* (subiungit) *materiam veneficam attrahere ad illam partem epispasticis validissimis, vt sunt cantharides, succus tithimali, rannuculus contusus, & appositus, omnium maximè lauda flammulum, quia admodum attrahit, & vesicas excitat, per quas venenum expurgatur*.

Quinimò Hieronymus Fracastorius *lib.*3.*de morbis Contagiosis cap.*7. iubet sollicitam Bubonis scarificationem, etiam antequam tentetur maturatio. *Si verò Bubo pestifer fuerit, sed immaturus, scarifica tamen, & cucurbitula aliqua magna sanguinem infectum extrahe*.

Non

Non negatur posse aliquando naturalitèr disparere tumores omnes, & consequenter etiam Bubones, & hoc succedere altero ex duobus modis, nempè vel per discussionem, vel per retrocessionem; Sed discussio, præsertim tumoris duri, non nisi diuturnitate temporis fieri potest, digesta nempè, & emollita inclusa materia, vel à natura, beneficio caloris natiui tractu temporis agente in eam, vel ab arte, medicamentis emollientibus per plures dies applicatis, cum discussio fiat dissipatis partibus inclusi humoris per poros, quæ partes nec dissipari possunt, si non fuerint attenuatæ, & volatiles redditæ, cuius attenuationis soboles est tumoris mollitudo; Quandocumque etenim sub forma dura restitat tumor, compactos, & inter se tenacissimè connexos humores contentos demonstrat (nam durities ex densitate, mollitudo ex rarefactione subsequitur.) Cum itaque isti tumores quando disparuerunt, essent adhuc durissimi, per discussionem terminari non potuerunt.

Per retrocessionem fortasse dici posset, quod disparuerint; Sed grauiora reddita fuissent accidentia, & creuisset morbus: Nam si natura adeò grauia symptomata patitur in solo motu materiæ venenatæ, quam in Bubones expellit, etiam quando ab ipsa expulsa ad partes extremas liberat nobiliora viscera: quæ damna, quæ pericula, quæ horrida symptomata non inducet venenata materia iterum inuadens, & feriens arcem cordis, & vitæ sedem, ac ab extrà ad intra rediens? Iisdem præcisè verbis vtitur Hyppocrates *lib.* 1. *de morbis*, & 5. *Aph.* 25. ad euentum pessimum retrocedentis Erisipelatis pronunciandum, inquiens. *Erisipelas ab extra ad intra ferri malum*, quam sententiam Galenus etiam ex Hyppocr. mente ampliandam esse pronunciat, in huius aphorismi commento, ad omnes alias affectiones humorales. *Non Erisipelas solum* (inquit Galenus) *sed & alium quemcumque affectum ex principibus, & profundis partibus ad cutem traduci, & bonum signum, & bonam causam esse existimandum est, contra verò ad internas, & profundas corporis partes remigrare, malum.*

Nostræ autem Patienti post Bubonum dissipationem, non modò symptomata non increuere, sed alleuiata sunt, mitigata, & expugnata, adeout integrè sana Patiens illicò, & successiuè permanserit.

Neutro itaque ex naturalibus modis disparuere Bubones, ergò tantùm miraculosè: cum neque vlla successerit euacuatio, quæ & febris materialem causam, & Bubonum retrocessam, potuerit, eam eliminando, secundum naturæ regulas, vtrosque morbos terminare.

Eadem theorica, rationumque validitas applicatur, & Matris, & Fratris Sanationibus. Licèt etenim Matri tumor nullus pestilens apparuerit nihilominùs febris pestilens omninò erat, vt ex deliquio insigni, cum quo febris inuasit, & concomitante delirio, facilè dignoscitur, & validatur ab assertione Periti, nam Medicus id expressè declarauit. Quæ pestilens febris terminari non poterat hoc breui tempore ad salutem, cum esset adhuc in principio, & causa materialis adhuc ferox, rebellis, & indomita, vtpotè cui

oppu-

oppugnandæ nullum fuerat oppositum medicamentum eius perniciem reprimens, & extinguens.

Quod verò spectat ad Petrum Hieronymum Fratrem, res est euidentior; Nam, & Bubo aderat in inguine, & de quo cum sit incontrouertibilis instantaneitas sanationis, adeò vt sequenti die ad sua ruralia munia obeunda redire capax extiterit, Miraculo adscribendum esse dubitari non potest, cum non modò sanatio extiterit supernaturalis, verùm etiam virium instauratio insignis, quarum summa prostratio, & deiectio à pestilentibus morbis inducitur, vt superiùs innuimus ex Zacchia, & quæ nonnisi temporis, dierumque plurium interuallo, potest naturaliter restaurari.

Opponit tamen Reuerendissimus Fidei Promotor, quod Sanationes prædictæ potuerint esse naturales pluribus de causis. Primò, quia vtrique Filio inunxit Bubones oleo amigdalarum dulcium. Quod factum licet non negetur, controuertitur tamen adæquatum fuisse remedium; nec etiam oleum amigdalarum dulcium vltra potest operari, quam simplicem emollitionem inducere, post plures, & plures dies illius vsus, & repetitas applicationes, non autem vnica sui applicatione, quæ non modò non potest ad tumores durissimos (vt isti erant) emolliendos penetrare, sed neque transit cuticulam; sed etiam si supponeretur tantæ efficaciæ, id non successit, nam tempore Inuocationis Beati, & Sanationis, adhùc erant tumores durissimi, vt superius obseruauimus. Vlteriùs in Bubonibus pestilentibus, non requiritur sola tumoris emollitio, sed exigitur medicamentum, quod pestilentis Bubonis venenatam qualitatem extinguat, & ideò superponitur illis Theriaca, & alia similia, quam tamen virtutem oleum amigdalarum dulcium non possidet.

Secundò: Animaduertit detractum fuisse sanguinem Filiæ semel, Matri bis, aut tres, & hoc esse præcipuum remedium pestis deducit ex authoritate Auicennæ, & praxi Venetijs adhibitæ in hisce casibus fęliciter Hieronymi Bonipetri Nouariensis. Quæ tamen conclusio (cui tanquam basi innititur oppositio) non est adeò plana, vt supponitur; Nam positiuè, & expresse prohibetur in Peste sanguinis missio à celebrioris nominis Auctoribus, innixis Hyppocratis Medicorum Coriphęi auctoritati, quę in descriptione, & curatione constitutionis pestilentijs nunquam de sanguinis missione mentionem fecit: Vndè Fracastorius vbi supra citatus sic pronunciat, *verum quocumque modo accidat* (Pestis) *sectio venæ parum prodesse potest, quia seminaria non possunt educi, multum autem obesse, quod, & contagium introrsum trahatur, & sanguinis non mediocriter agitetur*. Celeberrimus Hieronymus Cardanus *lib.2. contradict. Med tract.4. contradict.4. pag.mihi 717. ostendens* pestilentem morbum eadem paritate stare cum assumpto veneno, in quo casu vitanda est sanguinis missio, subiungit *fermè pari ratione in pestilente morbo venæ sectio vitanda est*; Ijsque subscribunt Paræus *lib.21. de peste cap.24.* Fernelius *lib.2. de abditis rerum causis cap.2.* Io: Heurnius *lib. de peste cap.9.* Minderetus *lib. de peste cap.24.* Andreas Ciocchus *in comm. quæst. de febre maligna, & morbis epidemicis cap.3.* Andreas Treuisius *lib. de Causis, signis, & curat. febr. pestilentis*, & alij plenè infiniti, quo-

quorum eruditam cateruam concludit doctissimus Petrus Salius Diuersus *lib. de febre pestilenti cap.21. pag. mihi 146.* sic lepidissimè: *Eorum autem sententia, qui in pestilenti febre venæ sectionem admiserunt, & laudarunt, vereor ne in perniciem humani generis inuecta fuerit.*

Quinimò ipse Auicennas exaduerso adductus, limitat suam propositionem in eo tantùm casu conuenire, quando sanguis redundat, aliàs etenim conuenire purgationem, his verbis: *Si autem materia vincens fuerit sanguinea fiat phlebotomia, & si fuerint humores alij euacuentur*; sed in nostro casu non fuisse Sanguinis prædominium, præsertim in Victoria filia, ex eo liquet, quia eius color erat oliuaster, & non rubicundus, & floribus, vt in temperamentis sanguineis apparet; Interrogata etenim Mater eius *num.43.*, cuius ætatis, & temperamentis esset Filia, respondit: *di carne, e corpo mediocre, di colore oliuastro*, & pariter eadem Instantia requisitus Confessarius *num.14.* respondit: *brunetta, e di carne mediocre*; Vndè *si qualis intus in corpore latet humor, talis in cute color efflorescit*, vt Hyppocrates demonstrauit pluries *in lib. de humoribus*; cum hæc Virgo colore non sanguineo perfusa esset, nec senguine redundasse concludendum est, & consequenter in eius curatione sanguinis missionem locum non habuisse, sed potius euacuationem per medicamenta purgantia. Esto tamen de iure fuisse proficuam sanguinis missionem, quod negatur; de facto tamen non profuit, nam adhuc post ipsam celebratam, morbus increbuit, & sæuior est factus respectu Filiæ, vt expresè Mater deponit *num.25.* = *gli cauò sangue dal piede destro, e detto male, e la febre continuaua ad auanzarsi*, & ipsi tumores adhùc duri persistebant, circa quos notabilissima circumstantia suffragatur Miraculo; Et est, quod licèt vtriusque Bubonis sanationi causa naturali (vt supponitur exaduerso) vtrique communis præcesserit, atque vtrique parem effectum, & contemporaneum conferre debuisset: nihilominùs non ambo eodem tempore sanati sunt, sed vnus post alium, secundum quod priùs vni fuit applicata Imago Beati, & hic priùs disparuit, altero superstite, donec & isti applicita Imagine, & hic disparuerit; clarissimum, & euidens indicium, quod non à contemporaneo naturali remedio adhibito, sed ab applicatione Imaginis Beati diuerso tempore exequuta, diuerso quoque tempore fuerint supernaturalitèr Bubones dissipati.

Nèc videtur obstare id, quod opponitur tertio loco, nempè Bubones etiam pestilentes naturalitèr esse curabiles; Id etenim conceditur vltro; si tamen modus, & media, & tempus naturali sanationi necessaria intercesserint; secùs autem vbi vel nullum ex prædictis intercessit, vt in nostro casu successisse, saltèm adæquatè, satis arbitror, ostensum est.

Quod autem instantaneitas sanationis hic abfuerit, vt quarto loco animaduertitur (licèt in Matris sanatione aliqua ex parte desideraretur) in sanatione Victoriæ filiæ, & Petri Hieronymi filij, nulla maior dari potest, nàm quoad illam Victoriæ deponit Testis 52. *num.* 55. quod applicata Imagine vni tumori, *all'istante cascò, che si era consumato il tumore*, & eamdem successiuè Ima-

ginem applicando alteri tumori; *parimente all'istante suanì detto tumore*.

Quoad alteram Filij, deponit Testis 51. *num.*41. applicata Imagine Beati tumori Patientis *all'istante si consumò detto Bubone*: Et Testis 52. *num.* 68. diffusis verbis magnificat hanc repentinam instantaneitatem, dicens; *E questa sanità fù così repentina, che essendo ciò successo nella notte, la mattina se ne ritornò in Campagna al suo lauoro &c.*

Paulus Manfredus Colleg., & in Romana Sapientia Med. Theor. Prof.

De Tertio afferto Miraculo.

Instantaneæ Sanationis trium Ægrotantium pestifero Contagio laborantium.

Consultatio Domini Trulij.

ASsertum hoc triplex Miraculum in tribus Personis patratum, in tres partes similiter erit diuidendum, nempè in instantaneam sanationem Franciscæ Victoriæ vehementissima febri cum vomitibus, & delirijs, & Bubonibus sub vtraque Axilla laborantis. Secundò in instantaneam sanationem Annæ Mariæ Matris, vehementissima pariter febri, & ingenti delirio correptæ per Contagium à suamet filia receptum. Tertio per sanationem consimilem instantaneam subsequutam in altero filio Petro Hieronymo nuncupato, cui febris maxima cum vomitu, & Bubone in inguine superuenit, sed post applicatam Beati Solani Imaginem statim à febri, & Bubone liber remansit, & sanatio fuit adeo instantanea, & perfecta, vt potuerit dictus Petrus miraculose sanatus, altera die ad sua ruralia munia liberè adire.

Duobus enim innixa est fundamentis disquisitio istius triplicati Miraculi; Vnum nimirùm supra veram essentiam Pestis contagiosæ Alterum verò supra repentinam disparitionem, & retrocessionem Bubonum cum instantanea sanatione, quod naturalitèr numquàm fieri potest sine morte Ægrotantis.

Quod tales Ægri laborauerint contagiosa Peste, colligi debet ab influxu pestifero tunc temporis Vrbem Montiliæ acritèr inuadente in tempore æstiuo: cum Pestis definiatur a Hieron. Mercur. *tract. de Pestilentia cap.*4. *Morbus communis complures simul etiam diuersarum Regionum infestans, lethalis, & maximè contagiosus*. In qua quidem definitione ponitur illa particula *lethalis*, vt distinguatur Pestis ab illis morbis communibus, qui simplicitèr Epidemici sunt nuncupati, quorum multi sanantur, & non sunt lethales, vti est Pestis. Ponitur posteà illa particula postrema

ma *maximè contagiosus*, vt distinguatur vera Pestis à febre pestilente, & maligna, quæ fit sine Peste, & Contagio, quæ valdè communis est, & licèt sit aliquando ad Consanguineos, & Adstantes contagiosa, attamèn non habet illud constitutiuum esse maximè contagiosam, sicuti est vera Pestis contagiosa. Morbus, quo laborare cæperunt hi duo Ægrotantes, erat vera Pestis contagiosa. Erat vera Pestis, quia stipatus erat accidentibus proprijs veræ Pestis, quæ fuerunt febris cum delirio, vomitibus, & Bubonibus, qui verum Pesti præbent caracterismum. Fuit contagiosa, quia inter istos Ægrotantes per contagium propagatus fuit morbus. Fundatur istius morbi essentia in duabus causis, nempe in humore prauo, & in venefica qualitate, quæ in ipsis humoribus subiectatur. Vndè est, quod per eorumdem accensionem putredinalem oriatur febris, & prout vna, aut plures facultates ab illo venefico humore afficiuntur, nunc Capitis, nunc Cordis, nunc Hepatis læsi appareant indicia, mediantibus Synthomatibus, quæ superueniunt, quæ modò facultatem naturalem, modò vitalem, & modò animalem corripiunt. Pestis ergò, quæ ipsos Ægrotantes inuasit, citò omnes tres Principales facultates naturalem, vitalem, & animalem occupauit. Nam facultas naturalis læsa apparuit ex vomitibus superuenientibus quia, vt inquit citatus Mercurialis *cit. lib. cap.* 18.: *Si humores propellantur ad ventriculum, cum sint venenati, & inimici Naturæ, nauseas faciunt, inappetentias, & vomitus.* Vitalis quoque læsa apparuit per febrim ardentem, & per Bubones sub Axillis emissos; Animalis tandèm læsa apparuit per deliria, quæ habuit; Nàm ex eodem Mercuriali: *Si vapores illi alioquin acres, & feruidi membranas Cerebri percellant, delores capitis inducunt, & cum temperaturarum Cerebri conturbant: vigilias inducunt, interdùm dementationes, deliria obliuiones &c.* Quorum synthomatum maior pars superuenit in hisce duobus Ægrotantibus, quorum vnus habuit Bubones sub Axillis; Alter verò in inguine, sed vnà cum febri, & vomitu in ambobus. Ex quibus desumiter, quod latebat in corporibus istorum putredo insignis in humoribus, & venenata, vt explicat Ambrosius Pareus *lib. de Peste cap.* 1., hisce verbis. *Perniciosus est iste morbus, non tàm qualitate elementari, quàm venenata quadam malignitate, cuius vires communis putredinis conditionem superant.* Tali, & profunda non minùs, quàm venenata malignitate laborarunt hi Ægroti, & præcipuè Puella; quæ habuit Bubones sub Axillis; etenim in ista Cor veneno pestifero infectum fuit, ad quod ex instinctu proprio vergit hoc venenum Pestis, vt idem Pareus *citato cap.* exponit *Pestiferum venenum vti tali præsertim spiritui, cuius officina, & fons est Cor, bellum inducit, adeoùt si vitalis spiritus robustior sit, venenum illud longè à Corde euigat, sin debilior victus, & iam impressione hostili infectus, in Cordis arcem recedit, & pari contagione Cor, totumque adeò Corpus in ipsum arteriarum ductibus sparsus inficiens, hinc febres pestilentes, aliàs simplices, & solitariæ, alias aliorum effectum turba cincta, vt Bubonum, Carbunculorum, pustularum, & Exanthematum &c.* Ex hac Doctrina deducitur etiam fundamentum prò substinendo miraculo etiam sanationis ipsius Matris, cui compe-

tere, possunt illa supradicta verba : *hinc febres pestilentes, aliàs simplices, & solitariæ*, cuius generis esse apparuit morbus ipsius fœminę, quæ laborauit febri vehementissima cum ingenti delirio, siue tamèn Bubonibus, vt apparuerunt in filijs; attamen febris illa, quæ per Contagium filiæ communicata fuit Matri, assertiuè credendum est fuisse febrim pestilentialem, licèt non eruperint Bubones, cum non sit perpetuæ veritatis, vt semper in omni casu Pestis erumpant Bubones, & plures laborent Peste, licèt non habeant Bubones, vt notat Sennertus *lib. 4. de Peste cap. 4. de signis Pestis*: Scribens hisce verbis: *Illud etiam hoc loco monendum, quod, licèt vlla Pestis detur, in qua Bubones, Carbunculi, & Exanthemata non appareant, tamen in omnibus indiuiduis ea conspiciantur, non est necessarium, neque si nullæ maculæ, nullus Bubo, vel Carbunculus in AEgro aliquo apparent, mox eum vulgo concludendum, eum Peste non laborare, sæpè enim accidit, vt antequam illa erumpant, veneni vehementia AEger moriatur. Sæpe etiam virtus itè debilitata, & oppressa est, vt veneni ad exteriores Corporis partes nullam expulsionem instituere possit*. Ex qua Sennerti Doctrina desumitur, quod cum non sit semper necessaria eruptio Bubonum ad afferendam explicitè Pestem, cum Pestis possi t aliquem inuadere, etiam hi Tumores non appareant; Idcircò hæc fœmina à sua filia per Contagium susceperit Pestem manifestatam citrà Bubones in illa vehementissima febri cum maximo delirio, & dementatione, à quibus posteà in instanti per inuocationem Beati Solani, & ipsius Imaginis applicationem statim conualuit; nàm in isto casu sic argumentari liceret. Huius Mulieris morbus per Contagium filiæ, Peste laborantis, fuit pestilens febris, in qua Bubones non apparuerunt, vti apparuerunt in duobus filijs, vel quia (vt supra dixit Sennertus) ob morbì vehementiam moriatur Æger, antequàm erumpant, & hoc dici non potest, quia hæc fœmina fuit præseruata à morte, & non interijt: vel quia virtus erat ità debilitata, & oppressa, vt veneni ad exteriores Corporis partes nullam expulsionem instituere posset: Et hoc magis magisquè illustrat Miraculum; nàm proptèr veneni detentionem in partibus internis debuisset necessariò interire, nisi ex gratia Beati Solani fuisset præseruata. Itaque nemini dubium esse debet, quòd ista Mulier in tali ægritudine contagiosa contracta susceperit insignem gratiam, per quam mortua non est, quæ de natura, & statu ægritudinis debebat interire, & si à tanto morbo naturalitèr sanari poterat, debebat hoc facere Natura per aliquam Crisim, quæ contractum venenum expellere potuisset: Et sic tota ratio istius Miraculi consistit in hisce duabus rationibus. In prima videlicèt, quod fuerit sanata quandò Mulier pestifero veneno infecta, summoperè à morbo conflabatur, citra quod venenum fuerit vllo modo, nequè a Natura, nequè ab Arte eductum. In secunda, quod fuerit sanata ab isto morbo in instanti per applicationem Imaginis B. Solani.

Quod si quæramus posteà iudicium Sanationis duorum filiorum, videlicèt Franciscę Victoriæ annorum sexdecim, & Petri annorum duodecim, ambo cum Bubonibus detenti, illa in ambabus Axillis, hic verò in inguine dextero, à quibus per solam Imaginis

nis applicationem, & gratiæ intercessionem sanati fuerunt in instanti, omnibus disparentibus Bubonibus; Dico, quod est Miraculum euidentissimum, quod nullum pati potest difficultatem, & probatur triplici capite. Primo per euanescentiam, seù disparitionem Bubonum. Secundò per instantaneam sanationem. Tertiò per sanationem factam sine congruo artis remedio, imò cum incongruo remedio sequutam.

Circà primum, euidentissima, & irrefragabilis est conclusio apud Medicos, quod Bubones omnes, qui retrocedunt, sunt difficilis iudicationis, & mali euentus, etiamsi non fuerint magni, & venenati, multò magis dicendum est de Bubonibus pestilentialibus, quorum retrocessio ineuitabilem infert interitum, docuit hanc conclusionis veritatem in primis inter celebres Medicinæ, & de febri pestilentiali scriptores Petrus Salius *tract. de febris pestilentia cap.28.*, vbi sic scribit. *Vndè, & Parotides, & Bubones, & phygetia, & cæteri huiusmodi Tumores sæpè in febri apparent pestilenti, hique omnes tumores maligni sunt, & rarò ad bonum terminantur, imò sæpè retrocedunt, quod in causa velocis mortis esse solet.* Postquàm præsagium fecit Author de retrocessione istorum Tumorum, subiungit etiam rationem mali euentus tali doctrina. *Cum enim causentur à materia corrupta, praua, & perniciosa, retrocedentes soleant calorem innatum extinguere, vitamque vnà abolere.* Itaquè exitium sequitur per extinctionem caloris natiui factam à venefica materia, quæ retrocessit. Sed non solùm necant isti Tumores per retrocessionem, sed etiam necant per se, absque eo, quod retrocedant per solam malignitatem, quàm animaduersus fuit Senex Hippocrates *lib. 6. Epidemior. sect.2. text.8.*, dum dicit: *Abscessus velut glandularum signum quidem eorum, quæ germina habent, verùm, & aliarum præcipuè autem circà viscera. Maligni autem sunt hi.* Super quàm Hippocratis doctrinam Vallesius commentarium agens, dicit: *Abscessus ad glandulas erumpentes, signum esse eorum, quæ germina habent, nihil aliud significare, quàm affectionem earum partium eum quibus habent rectitudinem, & tales quidem abscessus, qui scilicèt fiunt ob viscerum morbos, maligni sunt.* Et ideò Hippocrates in *lib.4. Aphorism. 55.*, dicit: *Ex Bubonibus febres omnes malas esse præter, Diarias*, in cuius oraculi explicationem Galenus *ad Comment.*, dicit: *Quod tales sunt febres Diariæ, videlicèt, quæ vno die durant, & quæ ex Bubonibus proueniunt, quandò Bubones ex causis manifestis consistunt, alios verò Bubones, qui sine causa manifesta fiunt, verisimile est ex viscerum inflammationibus fieri, atque ideò febres, quæ vna cum ipsis eueniunt, malas esse.* Sunt ergò semper mali isti Tumores Bubonum in Peste, non solùm proptèr retrocessionem, si contingat fieri, sed mali, & pessimi sunt proptèr malignitatem, quàm habent; Vndè Aquapendens *l.1. de Tumoribus cap.17.*, loquens de Bubone pestifero, statim dicit: *Bubones pestilentes pauci curàntur; Ægri enim interdùm prima die moriuntur, interdùm quarta, rarò vltrò viuunt.* Et Gabriel Falloppius *tract. de Tumor. cap.11.*, agens de Bubone pestilenti, dum instituit prognosticum huius Tumoris, dicit: *Sempèr eum videritis hæc signa prænunciate mortem, nàm licèt aliqui sanentur, paucissimi tamèn sunt.* Ità etiam Franciscus Pe-

cettus Cęlestinus *lib. 1. Chirurg. de Tumor. cap. 7.*; dicit *Pestiferi Bubones periculosissimi sunt, & sæpè festina mors, & ideò sequitur semper mors prædicenda, cum multi prima die, alij secunda, alij tertia, & rari vltrà quartam viuant.*

In secundo capite probatur euidentia Miraculi per instantaneam sanationem in ipsis sequutam, quæ naturalitèr tali modo fieri non poterat. Etenim curatio Bubonis pestilentis, docente Fallopio in *dicto Cap.* in hoc consistit, vt adiuuetur Natura ad expulsionem, ad hoc, vt illud, quod est in vijs, & Natura non potest trudere ad cutim, & ad locum tumescentem, trahatur extrà. Ità etiam Pareus in *citat. cap. 31.*, loquendo de attrahentibus, quæ in principio curationis Bubonum conueniunt: Sic dicit. *Sic enim demùm potentius venenum à viscere nobili foras attrahitur, suppurationis vel resolutionis, quodcumque tentauerit opus Natura, citiùs absoluitur Tumor.* Hæc vera norma curandi Bubones per attrahentia, per resoluentia, & per suppurantia, materia illa, quæ detinetur in Tumore requirit tempus plurium dierum, & non potest fieri in instanti, quoniam si loquamur de resolutione, quæ nihil aliud est, quàm discussio insensibilis materiæ, conclusæ intrà Bubonem per poros cutis dictæ partis, ista discussio ægrè, & cum difficultate fieri potest, quando Tumores sunt duri, vti erant isti, & si contingat fieri, non nisi quàm longo temporis interuallo fieri potest, plurium saltèm dierum, nè dicam hebdomadarum; Quarè isti Tumores non disparuerunt, quia fuerint resoluti per insensibilem transpirationem, quæ non fit in instanti, sed in tempore, ergò disparuerunt miraculosè, quia disparuerunt in instanti citrà mortem, sed cum instantanea sanatione Ægrotantis. Ità paritèr altèr sanationis modus, qui fit per suppurationem, qui est tutissimus, requirit etiam tempus suppurationis, & posteà aperitionis Tumoris, & expurgationis materiæ suppuratæ, & hoc non euenit in hisce Ægrotorum Bubonibus, quorum nullus suppuratus fuit. Reliquum est ergò, vt solummodò miraculosè hoc factum fuerit, quia cùm non fuerint sanati per suppurationem, neque per insensibilem, seù temporaneam materiæ resolutionem, reliquum est dicere, vt euanuerint, vel quia retrocesserint, & hoc ineuitabilem mortem intulisset, vel quia miraculosè sanati fuerint, vt subita, & instantanea sanatio satis confirmare valet.

In tertio capite probatur etiam euidentia Miraculi proptèr incompetentiam remediorum, quæ in hisce Ægrotantibus facta fuerunt, & præcipuè sanguinis missionis; Nàm reprobatur huiusmodi remedium à Francisco Peccetto Cęlestino in *citato cap. de Bubonis pestilentis euratione*, tali pacto = *Concludendum ergò est, quod venæ sectio in pestilenti Bubone non conuenit proptèr virium imbecillitatem, quæ oritur ex infectione, quæ per Contagium primùm fit in sanguine, deindè in corde, & ideò necessariò vires prosternuntur: Non competit etiam, quia Naturam à proprio opere impediremus, quæ expellere quærit criticè, quod sibi noxium est.* Prætereà adest etiam authoritas præclarissimi intèr Chirurgiæ Scriptores Gabrielis Fallopij *citat. cap. 11. de Bubone pestilenti*, vbi detestationem maximam facit de sanguinis missione in hoc morbo, tali pacto == *Ego autèm dico, quod nèc in principio Bubo-*

nis

nis pestilentis, nec in augumento, nec in statu est secanda vena: non nego tamèn, quod in febre pestilenti pura, sine Bubone non sit secanda, licèt etiam in hoc sit aliqua difficultas discutienda ab Excellentissimis istis Practicis; Nàm non de febre loquimur nos, at de Bubone pestilenti, qui semper habet coniunctam febrem, & in hoc dicimus non esse secandam venam; Nàm secare venam in hoc morbo, est interficere Ægrum; Vndè credo ego, quod omnes, quibus anno superiori, dùm Pestis grassabatur, fuit secta vena, sint mortui: Confirmat huiusmodi sanguinis reprobationem celeberrimus Galliarum Chirurgus Ambrosius Pareus *tract. de Peste lib. 6. capit.* 24. tali doctrina: *Hunc igitur Naturæ motum si Medicus imitari debet, profectò nec purgandum, nec sanguinem detrahendum putabit, nè motu contrario foris intrò reuellendo Naturæ motum, qui fit intùs, foràs interturbet.* Constat igitur, sanguinis missionem non solùm inutile, sed damnosum esse remedium in casu Pestis contagiosæ, & ideò hi Ægrotantes, qui contagio pestilenti laborarunt, & pro eorum curatione sanguinem extraxerunt, si sanati sunt, non fuerunt sanati ab illo remedio, à quo mors illis superuenire debebat, sed fuerunt sanati per illam gratiam, quam ab Omnipotenti Deo, mediante Beati Solani intercessione, receperunt. Et etiamsi in ægritudine Matris horum Filiorum non erupissent Bubones, qui per triplicatam sanguinis missionem lædi potuissent, itaùt hoc præsidium, si nocumento esse potuisset Filijs, non fuisset Matri, quæ non habebat Bubones, nullatenùs dico, quod Febris illa pestilentialis cum ingenti delirio non poterat suam causam remouere in instanti, sed debuisset morbus ille procedere vlteriùs per sua tempora augumenti, status, & declinationis, quousque per coctionem, & maturationem humorum potuisset Natura per se, mediante Crisi, vel Ars mediante purgatione, morbificam causam educere, quod in morbo acuto non antè decimam quartam diem, & in morbo acutissimo, vti quandoque est Pestis, saltèm non antè septimum morbi diem euenire poterat, cum aliqua salutari Crisi. Sed ista Mulier vnà cum Filijs in maiori vehementia morbi constitutis absque pepasmo, idest humorum coctione, absque vlla materiæ morbificæ euacuatione per Crisim salutarem sequuta, per solam Imaginis applicationem, & Beati intercessionem statim, & in instanti omnes à morbo euaserunt.

Contra assertionem horum trium Miraculorum animaduertit Reuerendissimus Promotor Fidei, quod ex parte illorum, qui Bubones habuerunt, fuit illis adhibita vnctio olei amigdularum dulcium, & sic non sine remedio locali sequuta fuit sanatio illorum: & ex parte Matris, quæ sola febri maligna, & pestilentiali cum delirijs laborauit, sine Bubonibus ter celebrata fuit sanguinis emissio, quæ esse potuit salutare remedium pro sanatione eiusdem.

Sed ista difficultas corruit, si consideretur virtus olei amigdularum dulcium, & effectus, qui sequi poterat ab applicatione eiusdem inunctionis. Est enim oleum prædictum laxatiuum, mollificatiuum, & partis distensiuum, propterea in principijs Tumorum adhibetur ad laxandam partem, in quam humor colligitur, faciens Tumorem, sic cutis ab oleo laxata distenditur, & reddit

par-

partem magis aptam ad receptionem, & cum minori dolore, qui extensione cutis oriri solet. Resultat ex hoc, quod oleum prædi-ctum, illis Bubonibus applicatum, debuisset in isto casu potiùs coadiuuare augumentum Bubonum. Sed è contra Bubones eua-nuerunt statim, quæ disparitio non potuit fieri ab oleo amigda-lino, neque vti remedio resoluente, quia non est discussiuum, medicamentum tantæ virtutis, vt potuisset promouere instanta-neam Tumorum resolutionem: neque vti remedium repercus-siuum, quod potuisset repellere ad interiora apparentes Bubones. Quinimò ex sui natura dictum oleum debebat promouere magis confluxum humorum, laxando partem, & facere augumentum eorumdem Bubonum: Quod verò Mater laborans febri pesti-lentiali triplicatam habuerit sanguinis missionem in sua curatio-ne, & vti remedium præsentaneum ab Auicenda obtinuerit sta-tim sanationem morbi; Ad hoc respondetur, quod omnes ferè, qui de Peste, & pestilenti febre tractant, venæ sectionem reij-ciunt, & tutiorem censent in hoc remedio timiditatem, quam au-daciam, & quod doctiss., & antiquiss. Medicorū relatione plures Peste affecti euaserint, quibus vena secta non est, quam quibus se-cta fuit: & hanc opinionē sectantur Crato, Henricus, Palmarius, Rodericus, Fonseca, Sennertus Ambrosius Pareus, multique alij, quia sanguinis missione cordis robur dissipari aiunt. Quod verò Auicenna laudet huiusmodi præsidium in Febre pestilenti, ex-plicat hoc luculentissimè Petrus Salius *lib. de Febr. pestilent. ca-pit.* 21. dicens, & exponens Auicennam desumpsisse hoc reme-dium à Paulo Aetio, & Rufo antiquioribus, quorum mentem non benè assequutum fuisse, qui quidem Authores, cùm non de curatione Febris pestilentis, sicut ipse Auicenna intellexit, sed de præseruatione loquerentur, hanc proposuerunt; vndè dicit Salius: *Id, quod ipsi in præseruando laudauerunt, ille in curando admisit*. Cùm itaque factæ fuissent illæ tres sanguinis missiones in curatione actualis Febris pestilentialis, in quo tempore non vti-les, sed perniciosæ esse debebant, sequitur quod in earum admi-nistrationem factam, non sit referenda salus obtenta ab illa Mu-liere, sed referenda sit in gratiam miraculosam Beati Solani. Addendo, quod illi Scriptores, qui consulunt sanguinis missio-nem in Febri pestilenti, iàm suadent in illis febribus, quæ, quan-do inuadunt, adhuc tamèn non sunt pestilentes ab initio, & nul-las pestilentiæ notas secum ferunt, quæ tamèn posteà pestilentes futuræ sunt, in hisce febribus, si adsit etiam cum ardore sanguinis multitudo, laudant sanguinis missionem, sed in febre pestilen-ti, quæ ab initio talis inuadit, cum pestilentiæ notis, putat di-ctus Salius cauendum esse à sanguinis missione. Laborabat dicta Mulier in tempore Contagij febre pestilenti, quæ processerat à Contagio domestico suorum Filiorum, itaùt nulla haberi posset dubitatio, quod illa non esset actualitèr pestilens, vtpotè, quæ in-uaserit Matrem postquàm Filij Contagio laborarunt, & miracu-losè sanati fuerunt.

Animaduertit tandèm Reuerendissimus Fidei Promotor, quod res-pectu Matris deficiat omninò instantaneitas, quæ est omninò necessaria, dùm laborabat sola febri absque Bubonibus. Verùm hæc oppositio corruit per ea, quæ deponuntur in examine ab ip-

samet

famet Muliere infirma, quæ ad *pag.169. num.63.*, dicit = *Egli fù fatta vn'altra sanguigna per quanto si può ricordare, e continuando nelle sue preghiere, nell'altro giorno di Venerdì per la mattina si trouò sana, e libera in tutta dalla Febre, e ritornata ne'suoi sentimenti*. Apparet ergò instantaneitas sanationis ex hoc, quod die sequenti Veneris Infirma, quæ in die præcedenti erat moribunda, reperitur omninò a febri libera, & in suos pristinos sensus reuersa, à quibus tantùm declinauerat cum præcedenti delirio. Naturalitèr non potest fieri, quod à Febri pestilenti, quæ in præcedenti die Aegram morti proximam detinebat, & quæ ob vehementiam morbi pro tertia vice remedium sanguinis missionis adeò perniciosum in hoc morbo statim in sequenti die à morbo remanserit immunis; Hæc est sanatio Instantanea, quando in decursu vnius diei fit transitus à propinquitate mortis ad integram sanationem.

Quarè facta ponderatione super influentiam Contagij pestiferi tunc temporis sæuire incipientis, in quo nimirùm tempore experimento constat, Contagium omnes occidere, quos inuadit, nec non facta ponderatione super apparitionem Bubonum in Axillis, & in inguine, summam venenositatem morbi indicantium, nec non super eorum enanescentiam, & disparitionem de facto,& instanti cum Ægrotantium salute illicò obtenta, quod totum Natura, quæ in morbis regularitèr agens per coctiones, & crises facere non poterat, existimandum est Intercessione Beati Solani ad sui Imaginis applicationem miraculosè factam fuisse hanc trinam sanationem.

Ioannes Trullius Medicus Collegiatus intèr Protomedicos Generales adscriptus, & Medicinæ Theoricæ in Almo Vrbis Archigymnasio Publicus Professor.

REVISA

Andreas Pierius Subpromotor Fidei.